



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Bibliotheca Pontificia

Jacob, Louis

Lvgdvni, 1643

Liber Secvndvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11153**



BIBLIOTHECÆ  
PONTIFICIÆ  
LIBER SECVNDVS.

A.

**S**ANCTVS ABBO, Gallus, Benedictinus, Abbas  
Floriacensis, diocesis Aurelianensis, Martyr,  
scripsit

*Vitarum Romanorum Pontificum Epitomen.* Prodiit Mo-  
guntinæ anno 1602. apud Albinum.

Martyrio coronatur anno Christi 1003. Idibus Nouem-  
bris, tunc Sede Romana vacante ob Ioannis XVI. Papæ  
mortem.

*Abdelmesias*, aliàs *Gabriel* Patriarcha Ægypti, Legatus Patriar-  
chæ Alexandrini, edidit

*Legationem ad Clementem VIII. Romanum Pontificem, & pro-  
fessionem fidei.* Extant ad finem tom. 6. *Annalium Ecclesiastico-  
rum* Cæsaris Cardinalis Baronij.

*Abdias* Apostolorum discipulus, Episcopus I. Babylonæ, He-  
bræus, scripsit *Hebraicè*

*Vitam S. Petri Apostoli*, vnâ cum aliorum Apostolorum vitis,  
quas ex Hebræo in Græcum vertit *Eutropius* eiusdem Abdię  
discipulus. Prodierunt Parisiis 1551. studio *Ioachimi Perionij*  
*Benedictini* in 16. & 1571. curâ *Thomæ Beauxamis Parisini Car-*

Gg 3 melita



*melita Concionatoris Regij.* Basileæ apud Operinum in fol. Colonia 1555. & 1569. in 12. apud Maternum Cholinum, & de nouò Parisiis in *Historia Christiana* Laurentij de la Barre Doctoris Parisiensis.

Claruit sub S. Petro Apostolorum Principe, & primo Iesu Christi Vicario.

*Abelius Sanmarthanus, de Saincte Marthe, Pictauus, in sacro Regis Consistorio Consiliarius, edidit Latine*

*De laudibus S. D. N. Urbani VIII. Pont. Max. carmina.* Leguntur lib. 1. *Carminum* dicti Sanmarthani, Parisiis 1633. in 4. apud Iacobum Villery edit. Viuebat Parisiis sub Pontificatu Urbani VIII. Rom. Pont.

*Abrahamus Bzouius, Polonus, Ordinis Prædicatorum sacre Theologiæ Doctor, ac Annalium Ecclesiasticorum Baronianorum Continuator, edidit ad Urbanum VIII. Papam.*

*Paulum V. Pontificem Maximum, hoc est, Pauli V. vitam.* Romæ 1626. fol. apud Stephanum Pantinum.

*Romanum Pontificem in 3. tomos distinctum, hoc est, de præstantia, officio seu auctoritate, virtutibus, felicitate, rebusq; præclare gestis Summorum Pontificum à S. Petro vsque ad Paulum V. Commentarium.* Colonia apud Antonium Boëlzerum anno 1619. in fol. vbi de Pij V. sanctitate.

*Tomos 9. Annalium Ecclesiasticorum, pro continuatione Baronij.* Colonia fol.

Obit Romæ anno Domini 1637. sepultus in Ecclesia Dominicanorum S. Mariæ super Mineruam, sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Max.

*Achilles Statius, Lusitanus, Orator Romanus Regis Lusitanæ, & Rhodiorum Equitum; edidit Latine*

*Orationem obedientialem ad Gregorium XIII. Rom. Pont. habitam nomine Sebastiani I. Lusitaniæ Regis.* Romæ apud Hæredes Antonij Bladij 1574. in 4.

*Orationem alteram ad Pium V. nomine Equitum Rhodiorum.*

Vixit Romæ anno salutis 1574. sub Gregorio XIII. Papa.

*Acta Bonifacij VIII. Benedicti XI. Clementis V. Romanorum Pontificum & Philippi Pulchri Francorum Regis Christianissimi*



nissimi edita primò fuerunt anno 1613. in 4. deinde verò auctiora 1641. in 8.

*Acta* Concilij Basiliensis, item eius *Decreta*, & *Summa*. Extant MSS. Florentiæ in Bibliotheca Medicæa apud S. Laurentium, pluteo 16.

*Acta* Concilij Constantiensis M S S. Romæ in Bibliotheca Vaticana.

*Acta* Confistorij publicè exhibiti à Gregorio XIII. Papa Regum Iaponiorum Legatis Romæ. Augustæ Treuirorum apud Emundum Hatorum 1585. in 4.

*Acta* Legationis Petri tit. S. Stephani in Cælio Monre Presbyteri Cardinalis de Fuxo de Foix. Extant MSS. in Vaticano.

*Acta* Legationum Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium. Romæ MSS. in celeberrima Bibliotheca Vaticana.

Adam Abbas Monachorum Orientis, scripsit

*Sermonem de fide Domini Papa Romæ Magna, & Domini Eliæ Patriarchæ Orientis. cap. 1. Excellentiam doctrinæ fidei, quam profitetur S. R. E. & Principatum Summi Pontificis in Ecclesia S. Catholica ex comparatione Abrahe & B. Petri Principis Apostolorum ostendit.*

Adam Archidiaconus Cameræ Patriarchalis Babylonis, Archimandrita Monachorum Chaldæorum Orator Romanus, scripsit

*Orationem habitam ad Paulum V. Pont. Max.*

Adam Delphinus Theologus edidit

*Orationem de Ecclesia & Romano Pontifice.*

A. de Shirucij's Episcopus Suanensis Orator Senensium ad Summum Pontificem scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Innocentium VIII. Romanum Pontificem, nomine Senensium.*

Adamus Estonus, Eston, Anglus, patriâ Herfordiensis, ex Monacho Benedictino Episcopus Londinensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ, scripsit

*De potestate Ecclesiæ lib. 1.*

*De electione Summi Pontificis lib. 1.*

*Defensorium Ecclesiæ.*

Obiit Romæ anno à partu virgineo 1397. 13. Kalend. Nouembris,



uembris, id est; die 20. Octobris ex Ciaconio; sed verò ex Epitaphio ad eius sepulchrum marmoreum in suo titulo, appposito, mense Septembri, sepultus est in Ecclesia S. Cæciliæ. *Adamus Tannerus*, natione Germanus, OEnipontanus, S. I. Theologus, edidit

*De iudice controuersiarum fidei, seu de Romano Pontifice.*

*Defensionem Ecclesiasticæ libertatis, contra Venetos.* Floruit anno Christi 1606. sub Pont. Max. Paulo V.

*Adamus Victorinus*, seu de S. Victore, Gallus, Canonicus Regularis Augustinianus S. Victoris Parisiensis, scripsit

*De S. Petro Apostolorum Principe profana.*

Obiit Parisiis anno gratiæ 1177. die 8. Iulij sub Alexandro III. Papa.

*S. Adelarius*, natione Scotus, Ordine Benedictus, Episcopus Herefordensis, scripsit

*Ad Romanos Pontifices* lib. 1.

Viuebat tempore Pontificatus Stephani III. Rom. Pont.

*S. Ado* Archiepiscopus Viennensis, Gallus, scripsit

*De Romanis Pontificibus*, in Chronico de sex ætatibus mundi, ab orbe condito vsque ad annum Christi 879.

Claruit sub Ioanne VIII. non *fabulosâ Papissa*, sed legitimo Romano Pontifice.

*Adolphus Schulkenius*, Germanus, Theologus, edidit

*Apologiam pro libello Roberti Cardinalis Bellarmini de potestate Papæ in rebus temporalibus aduersus Reg. VVeidbrechtenum.* Colonia 1613. 8.

Floruit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

*Adrianus*, vel *Hadrianus Castellensis*, natione Italus, patriâ Cornetanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Chryfogni, scripsit

*Orationem de fœdere inter Alexandrum VI. Romanum Pontificem, & Regem Hispaniarum.*

*Itinerarium Iulij II. Rom. Pont. carmine conscriptum.* Extat tom. 2. vitarum Romanorum Pontificum & Cardinalium Alphonsi Ciaconij, in Iulio II. pag. 1364. & 1365. edit. vlt.

Hic coniuratione Petruccianæ reus factus anno salutis 1517. effugerat, Cardinalatu, & omnibus dignitatibus priuatus, obiit 1518.

*Ægidius*



*Ægidius Albertinus*, natione Germanus, edidit suo vulgari idomate,

*De secretis Antichristi* 1. & 2. part. Monachij 1604. apud Georgium V Villerum in 4.

Vixit sub Paulo V. summo Pontifice anno Christi 1605.

*Ægidius Bucherus*, S.I. Theologus, patriâ Atrebas, edidit

*Romanorum Pontificum indicem.*

Viuebat sub Clemente VIII. Rom. Pont.

*Ægidius Columna*, patriâ Romanus, ex Priore Generali 6. Augustinianorum Archiepiscopus 75. Bituricensis, ac S. R. E. Cardinalis à Bonifacio VIII. destinatus. scripsit *in gratiam Bonifacij VIII. ob renunciationis Pontificatus S. Cælestini V. controuersiam.*

*De renunciatione Papæ* lib. 1. incipit, *Non ei placebit vesordia sua.*

*De excellentia summi Pontificis* lib. 1. Extrat M S. Veronæ in Bibliotheca Augustinianorum.

*De gratiarum actione ad Bonifacium VIII.* librum.

*De Ecclesiastica potestate* libros 3.

*Questionem in utramque partem, pro & contra Pontificiam potestatem, seu litteram, siue Bullam Bonifacij Papæ ad Philippum Pulcrum Francorum scriptam.* Extat tom. 2. *Monarchie S. Romani Imperij*, Francofordiæ 1614. fol. edit. studio Melchioris Goldasti Auctoris prohibiti à pag. 95. vsque ad 107.

Obiit Auenione anno Christi 1316. die 22. Decembris sub Ioanne XXII. Papa. Corpus eius postea Parisios delatum & sepultum apud Augustinianos cum Epitaphio in Bibliotheca nostra Cardinalitia apposito, vbi nulla prorsus mentio de Cardinalatu.

*Ægidius Diepenborrius*, natione Brabantinus, Canonicus Regularis monasterij septem Fontium.

*De incarceratione & liberatione D. Petri Apostoli* lib. 1.

Quando vixerit hic auctor, nullibi reperio.

*Ægidius*, *Raphaël & Ioannes Sadeler*, fratres Antuerpienses Calcographi, vulgarunt, ærique inciderunt, teste *Francisco Suuertio.*

*Symbola diuina & humana Romanorum Pontificum, Impera-*

H h *torum,*



torum, &c. ex Museo Octavianii de Strada C. R. Pragæ anno 1600. fol.

Floruit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Ægidius Richardus* Gandauensis, Flander, Carmelita, S. Th. Doctor, ac totius Ordinis sui Procurator Generalis Romanus, edidit

*De Romano Pontifice*, in oratione habita Romæ ad Paulum III. Pont. Maximum & Eminentissimos Cardinales in Sacello Pontificio, ex Abrahamo Bzouio in *Pontifice Romano*.

*Ægidius Viterbiensis*, seu *de Viterbio*, ex Priore Generali 43.

Augustinianorum, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Marthæ, post S. Marcelli, scripsit

*De Romanis Pontificibus*, in historia 20. sæculorum Romæ MS. in Bibliotheca Angelica Augustinianorum.

Obiit Romæ anno Christi 1532. die 12. Nouembris: sepultus est ad S. Augustinum, sub Clemente VII.

*Aeneas Syluius*. Vide lib. 1. v. Pius II.

*Agapeti Pape vita* in Menologio Græcorum MS. Romæ asseruato in insigni Bibliotheca Eminentissimi Principis Francisci Cardinalis Barberini.

*Agathonis Pape vita*, ex variis auctoribus collecta. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina, ac in *Menologio Græcorum ibidem MS. asseruato*, die 20. Februarij, vt habeo ex relatis eruditissimi D. Caroli Moroni huius Bibliothecæ Præfècti à charissimo D. meo Gabriele Nudæo è Roma Lugdunum ad me transmissis.

*Agatius de Summa* IC. Cathacensis, scripsit *Italicè*

*Pij V. Romani Pontificis vitam.*

Viuebat Romæ anno Domini 1632. sub S. D. N. Urbano VIII.

S. *Agobardus*, Archiepiscopus 52. Lugdunensis, scripsit

*De comparatione vtriusque regiminis Ecclesiastici & Politici, & in quibus Ecclesiæ dignitas præfulgeat Imperiorum maiestati*, lib. 1. Extat tom. 9. Bibliothecæ Patrum, tom. 2. *Monarchie S. Romani Imperij*, à pag. 37. vsque ad 43. & inter opera Papyrij Massoni, quæ prohibita sunt in edicto 16. Decembris 1605. nisi corrigantur.

Obiit



Obiit in Santonibus anno Christi 840. 8. Idus Iunij sub Gregorio I V. Romano Pontifice.

*Alanus Copus*, Anglus, Sacerdos, Theologus, edidit  
*Aduersus summi Pontificis oppugnatores*, lib. 1. Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum Typographum Regium 1573. in 4.

Claruit tempore Pontificatus Gregorij XIII. Pont. Max. *Albericus* Monachus Cassinensis, ac S. R. E. Diaconus Cardinalis à Stephano IX. creatus, scripsit

*De electione Romani Pontificis* lib. 1.

*Albertus Crantzius*, natione Germanus, edidit  
*De Romanis Pontificibus*, & præsertim *de Victore II. Papa*, aliàs *Episcopo Aistetensi*.

Vixit anno Christi 1504. sub Iulio II. Pont. Max.

*Albertus* Monachus, scripsisse compertum habeo ex *Apparatu sacro Antonij Posseuini* v. A.

*Romanorum Pontificum vitas*. Citatur à *Cuspiniano*.

Quando vixerit, incertum est auctoribus & mihi.

*Albertus Pighius*, natione Belga, patriâ Campensis, Theologus, edidit

*Apologiam indicti à Paulo III. Concilij*. 1538.

*De Romano Pontifice* lib. 3. 4. & 5. *Ecclesiastica Hierarchia*.

Coloniæ anno 1572. in fol.

*Epistolam ad Leonem X. Papam*, Parisiis 1520.

Obiit Ultraiecti anno Domini 1543. 4. Kal. Ianuarij, sepultus est in Ecclesia S. Ioannis Baptistæ cum Epiraphio à *Ioanne Latino* conscripto, sub Pontificatu Pauli III.

*Albertus Pius* Carporum Comes, Italus, scripsit inter alia

*De Primatu S. Petri* lib. 1.

Floruit anno gratiæ 1530. sub Clemente VII. summo Pontifice.

*Albertus* Præsul Vesprimensis & Ioannes Thurz, Matthiæ Hungarorum & Boëmorum Regis Oratores, scripserunt

*Orationem habitam Romæ ad Sixtum IV. Romanorum Pontificem*, nomine Matthiæ Regis.

*Albertus Suicickius*, Polonus, edidit

*In Colunnam à Paulo V. Pont. Max. è veteri Pacis templo in*



*Exquilinum translata*, Carmina Latina. Extant apud Bzouium in *Pontifice Romano*.

Viuebat Romæ tempore Pontificatus Pauli V. Papæ.

*Alcuinus*, seu *Albinus Flaccus*, Anglus, Monachus Benedictinus, Abbas S. Martini Turonensis in Gallia, ac Caroli Magni Præceptor, inter eius opera reperitur

*De laudibus Leonis III. Rom. Pont. Poëma*. Extat apud Andream Duchesnium post dicti Leonis vitam.

Obiit anno Christi 803. sub præfato Leone: sepultus apud S. Paulum de Cormariaco, à Carolo Magno Imperatore, anno 782. erectum.

*Aldus Manutius* Pauli filius, edidit

*Orationem habitam in Academia Bononiensi ad Sixtum V. Pont. Max. anno 1585.*

*Alexander*, Anglus, Abbas S. Augustini Cantuariensis, scripsit

*De cessatione Papali* lib. 2. prohibetur.

*De potestate Vicaria* lib. 1.

Vixit anno Domini 1217. sub Honorio III. Pontifice Maximo.

*Alexander Bolognetus*, Orator Bononiensium, ad Romanum Pontificem scripsit

*Orationem habitam Romæ ad Paulum V. Papam, nomine Bononiensium.*

*Alexander Burgius*, Italus, Episcopus Burgi S. Sepulchri, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ in Vaticano ad Eminentissimos Cardinales, post funera Leonis XI. de subrogando Pontifice die 8. Maij 1605.*

Claruit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

*Alexander Campegius*, ciuis, & Archiepiscopus Bononiensis, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Lucix in Silice, scripsit

*De auctoritate Romani Pontificis* lib. 1.

Obiit Romæ anno Christi 1554. 12. Kal. Octobris, sub Iulio III. Iacet in Ecclesia S. Mariæ trans Tiberim.

*Alexander Carrerius*, Patauinus, Iurifconsultus, scripsit

De



*De potestate Romani Pontificis aduersus impios Politicos.* Patauij anno 1599. apud Franciscum Bolzertam, & Coloniz 1601. 8. Prohibetur in Edicto 7. Augusti 1603. Donec corrigatur.

Floruit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

*Alexander Cochrane*, natione Scotus, Theologus, scripsit

*Pro vero Papa* lib. 1.

Vixit sub Eugenio I V. Summo Pontifice.

*Alexander à S. Elpidio*, natione Vmber, ex Priore Generali 11.

Augustinianorum Archiepiscopus Rauennas à Ioanne XXII.

Papa designatus, scripsit *ad dictum Ioannem XXII.*

*De potestate Ecclesiastica* lib. 1. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij Emanuelis vol. 1. n. 10.

*De auctoritate Romani Pontificis* lib. 1. Lugduni anno 1498. apud Claudium Giboletum. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Vaticana, & in Angelica Augustinianorum.

Claruit anno Christi 1330. sub Ioanne XXII. Papa.

*Alexander Leonardi*, Italus, edidit *ad S. Carolum Borromeum Cardinalem*, instante Petro Antonio Alciato,

*Orationem de laudibus Pij IV. Romani Pontificis.* Patauij anno 1565. 4. Latine & Italicè.

*Alexander Lysca* Iurisconsultus Veronensis, scripsit

*Epistolam de Romana Curia rapacitate, perfidia, & tyrannide*, contra Cardinalem Baronium. Extat tom. 3. *Monarchia prohibita* Melchioris Goldasti Hæreticis, à pag. 391. vsque ad 396.

Vixit sub Pontificatu S. D. Papæ Pauli V.

*Alexander Raynaldus*, Italus, I. V. Doctor, ac Bibliothecæ Vaticanæ Custos, edidit

*De Syluestro II. Romano Pontifice,*

*Triumphum sanctissimi Urbani VIII. ad Lateranum equitantis.*

*Paræneticon* ad Leonem Allarium, quo eum hortatur ad vltiorem defensionem Romanæ Apostolicæ Sedis super impostura Ioannæ Papissæ.

*De Romani Pontificis temporali potestate à B. Petro vsque ad Paulum V. cui librum obtulit.*

Viuebat Romæ ann. salutis 1632. sub S. D. N. Urbano VIII.



*Alexander Turrianus*, vel *A Turre*, Italus, patriâ Cremonensis, ex Canonico Regulari Lateranensi Episcopus Sithienfis, edidit.

*De Romano Pontifice, in sua Hierarchia Ecclesiastica libris 10. distincta.* Venetiis 1604. ex Officina Societatis edita.

Claruit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Alexander Villadeus*, vel *De Villa Dei*, natione Armoricus, patriâ Dolensis, Franciscanus, Doctor Sorbonicus, scripsit *Leonis hexametris versibus*.

*Acta S. Petri Apostoli*, in suis Apostolorum Actis.

Claruit anno Christi 1240. sub Gregorio IX. Romano Pontifice.

*Alexander Vindocinensis* Princeps, Henrici IV. Galliarum & Navarræ Regis filius naturalis, & Ludouici XIII. Regis Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ anno 1615. ad Paulum V. Pont. Max. nomine Ludouici XIII. ex Abrahamo Bzouio in Pontifice Romano.*

Obiit sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Alfredus* Anglorum Rex, scripsit

*De S. Gregorij Magni laudibus*, in fine versionis Dialogorum.

Obiit circa annum Domini 900. sub Stephano VII. Papa.

*Aloysius Juglaris*, Niciensis, S. I. Theologus, & Poëta, edidit

*Elogium*, Petrum respiciens salutare soluit in lachrymas. Extat inter Elogia, 52. pag. 112. 113. & 114. Lugduni apud Iacobum du Creux 1642. edita Latine in 4.

Viuit hoc anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Aloysius Lipomanus*, natione Italus, patriâ Veronensis, Ordinis Carthusianorum, Episcopus Veronensis, edidit

*Vitas quorundam Sanctorum Romanorum Pontificum*, in vitis Sanctorum, Venetiis 1556. editis, & tomis 8. distinctis.

Vixit anno à natiuitate Christi 1560. Obiit Veronæ, ibidemque sepultus in Ecclesia Cathedrali, cum inscriptione sepulchrali.

*Aloysius Nouarinus*, Italus, Veronensis, Clericus Regularis, S. Th. Professor, edidit



*De S. Petro Apostolo*, in Adagiis Sanctorum Patrum, Lugduni fol. apud Laurentium Durand editis.

Viuuit Veronæ anno Christi 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Alphonsus Alvarez Guericus*, Hispanus, Consiliarius Regius, edidit

*Speculum Sacrorum ac Summorum Pontificum, Imperatorum, &c.* Venetiis 1559. Coloniae 1581. & 1586. in 8. apud Petrum Horst. Latine.

Floruit sub Paulo I V. Pontifice Maximo.

*Alphonsus Ciaconius*, natione Hispanus, patriâ Biacensis, Ordinis Prædicatorum, Pœnitentiarius Apostolicus, edidit

*Vitas & res gestas Pontificum Romanorum, & S. R. E. Cardinalium*, ab initio nascentis Ecclesiæ, vsque ad Clementem VIII. cum eorundem insignibus. Romæ 1601. fol. apud Stephanum Paulinum, & 1602. apud Franciscum de Franciscis, cum continuatione *Francisci Cabrera Morales*, sed auctiores prodierunt ibidem typis Vaticanis 1630. fol. tom. 2. studio *Andrea Victorelli* Bassanensis D. Th. & *Ferdinandi Vghelli* Abbatis Ord. Cisterciensis Theologi.

*Apologiam pro historia Traiani, quem precibus S. Gregorij Magni Papa ex inferno aiunt quidam in cælum ascendisse*, quam tamen Apologiam, uti & historiam, validis refutat argumentis Cardinalis Bellarminus tom. 1. *controversia* 6. lib. 2. de purgatorio cap. 8. Porro & Melchior Canus Dominicanus lib. 11. de *Sanctis*, cap. 2. antea eandem improbauerat historiam, ut confictam.

*Pro Cardinalatu S. Hieronymi Ecclesiæ Doctoris librum.*

Floruit Romæ anno Verbi Incarnati 1601. sub Clemente VIII.

*Alphonsus de Castro*, Hispanus, patriâ Zamorensis, Ordinis Minorum, Theologus, edidit

*De Romano Pontifice* lib. 12, contra hæreses.

Viuiebat anno salutis 1550. sub Julio III. Pont. Max.

*Alphonsus Gonzales Mendoza*, Hispanus, Augustinianus Theologus, scripsit

*De Romani Pontificis auctoritate*, in relectione de regno &



& dominio Christi, Colonia Agrippinæ in Officina Birckmannica anno 603. edita, quæ antea excusa fuerat in Hispania.

*Alphonsus Salmeron*, Hispanus, patriâ Toletanus, Societatis Iesu Presbyter & Theologus, edidit

*Tractatum, in quo de vita, doctrina, & gestis B. Petri Apostolorum Principis, ac simul de mortis genere, quo Dominum glorificauit, ex Patrum sententijs, ac fide dignis Historicorum testimonijs disseritur.* Extat tom. 12. operum præfati auctoris, tract. 60. edit. Colon. apud Antonium Hierat & Ioannem Gymnicum, sub Monocerote anno 1614. à pag. 384. vsque ad 404.

Ex hac vita migravit Neapoli anno à partu virgineo 1595. die 13. Februarij, ætatis suæ 70. sub Clemente VIII. Papa. Vixit annos 69. menses 5. & dies 5.

*Alphonsus Tostatius*, Hispanus, Episcopus Abulensis, & Magnus Regis Hispaniarum Cancellarius, scripsit

*De potestate Papa libellum.* Claruit anno gratiæ 1440. sub Eugenio IV. summo Pontifice.

*Alphonsus Villegas*, natione Hispanus, edidit *Hispanicè*

*Sanctorum quorundam Romanorum Pontificum vitas*, in Flore Sanctorum. Venetijs 1592. apud Guerræos Typographos in folio.

*Amalricus Augerius*, Auxitanus, patriâ Biterrensis, scripsit

*Romanorum Pontificum vitas.* Extant MSS. & à varijs Auctoribus citantur, sed hactenus videre non potui.

De tempore, quo vixit, nihil certi habeo.

*Amatus* Monachus Cœnobij Cassinensis, ac deinceps Episcopus, scripsit *ad Gregorium VII. Papam.*

*De gestis SS. Apostolorum Petri & Pauli, carmine lib. 4.*

*De laudibus Gregorij VII. librum.*

Vixit anno Domini 1073. sub præfato Gregorio.

*S. Ambrosius*, Gallus, patriâ Arelatensis, Archiepiscopus 13. Mediolanensis, Ecclesiæ Doctor, scripsit inter alia,

*De negatione S. Petri Apostoli sermonem.*

*Epistolas de potestate Imperiali & Episcopali.* Habentur lib. 5. *Epist.*



*Epist. & in Monarchia S. Romani Imperij*, à Melchiore Goldasto edita tom. 2. à pag. 1. die 19.

Obiit Mediolani anno Christi 397. die 4. Aprilis nocte inter Sabbathum & Dominicam Paschatis, ætatis suæ 64. sub Pontificatu Siricij Papæ.

*Ambrosius Spinola*, Genuensis, eiusdemque Reipublicæ Orator Romanus, scripsit

*Orationem habitam Romæ ad Pium IV. Papam, nomine Genuensium.*

*Ambrosius de Vignate*, Orator ad Sedem Apostolicam, scripsit

*Orationem Romæ habitam Salardi nomine ad Paulum II. Pont.*

*Max. quæ cum Philelphi Epistolis fuit excusa.*

Floruisse sub Paulo I. Papa satis constat.

*Amedeus Pacificus*, seu *de Eugenij IV. & Amedei Sabaudie Ducis Felicis V. Papa nuncupati controuersijs*. Taurini 1624. in 4.

*Ammonius*, Alexandrinus, Græcus, scripsit

*De Passione S. Petri*, libro de passionibus Apostolorum Colonia Agrippinæ edito.

Claruit anno Incarnationis 230. sub S. Urbano I. Papa.

*Anastasius*, Abbas Romanus, ac S. R. E. Bibliothecarius, seu Cancellarius, scripsit

*Romanorum Pontificum vitas*, à S. Damaso, vsque ad Stephanum VI. quæ omnes è Bibliotheca V. C. Marci VVelferi prodierunt in lucem Moguntia apud Albinum 1602. in 4. curâ Ioannis Busæi S. I. Theologi. Postea Parisiis 1620. apud Sebastianum Cramoisy, studio Iacobi Sirmundi senioris, eiusdem Societatis Theologi, ac Confessarij Regij, hoc anno 1642. viuentis.

Decessit Romæ sub Stephano V I. Pontifice Maximo.

*Andreas Brianus*, genere Lusitana, patriâ Goanus, Sacerdos, S. Th. Baccalaureus Conimbricensis, edidit

*Elogium in coronationem Urbani VIII.* Romæ apud hæredem Zanneti 1623. & postmodum in *Collectaneis* Augustini Barbosa I. C.

*Poëma vnum ad Paulum V.* ter Acrostichum initio, medio, & fine, tria contexens carmina. Romæ apud Mascardum 1610. in fol.



*Carmina in Columnam & Sacellum Paulinum.* Leguntur in Romano Pontifice Bzouij.

Viuebat Romæ anno Christi 1632. sub Urbano VIII. Pont. Max.

*Andreas Barbatias*, natione Siculus, Iurifconsultus, scripsit ad *Cardinalem Bessarionem*

*De præstantia Cardinalium Tractatum.* Extat inter tractatus iuris.

*De Cardinali Legato à latere alterum.* Extat inter tractatus iuris Venetijs editos, tom. 13. part. 2. fol. 63. & 131.

Floruit sub Leone X. Romano Pontifice.

*Andreas Bauria*, Monachus, scripsisse comperio apud Antonium Posseuinum in *Appendice in 1. tomm Apparatus sacri,*

*De poteſtate Papæ librum.*

*Andreas Bilius*, Mediolanensis, Auguſtinianus, Theologus, scripsit

*Panſcholaria ad Alphonsum Arragoniæ Regem aduersus ſchiſma Benedicti XIII. Pſeudopontificis, aliàs Petri de Luna lib. incipit, Nullo pacto adduci poſſum, &c.*

Obit Senis in Hetruria. Vixit anno Christi 1430. sub Martino V. Pontifice Maximo.

*Andreas Blancus*, Lygur, patriâ Genuensis, S. I. Presbyter, edidit

*De S. Damaso I. Romano Pontifice poëma.* Legitur inter eius poëmata edita.

Claruit sub Paulo V. summo Pontifice.

*Andreas Duchesnius*, Dionysio Saluagnio *Chesneus*, aliis *Querretanus*, vulgò *du Chesne*, Gallus, patriâ Turonensis, Historiographus Regius, edidit Gallicè ad *Simonem Marquemontium Archiepiscopum* 113. *Lugdunensem*, postea S. R. E. *Cardinalem.*

*Romanorum Pontificum vitas*, à S. Petro, vsque ad Paulum V. duobus tomis in 4. editas, Parisiis 1616. Reperio in *Indice Romano*, *Historiam Papparum* à S. Petro vsque ad Paulum V. in duos tomos diuisam, & Gallicè conscriptam, esse prohibitam in Decreto 3. Iulij 1623. sed an sit ista Duchesnij, nihil hætenus certi habeo. Expectatur noua editio à D. Duchesnio Aduocato Magni consilij, Andreæ filio.

*Historiam*



*Historiam Cardinalium Gallorum affectam & effectam reliquit, quæ auidissimo ab omnibus expectatur. Extat apud charissimum filium.*

*Epistolas varias Romanorum Pontificum hætenus ineditas, penes se MSS. habebat, & prælo tradere optabat. Extant apud eundem.*

Interiit anno Domini 1640. sepultus Parisiis, sub Urbano VIII. Papa.

*Andreas Du-Valius, vulgò Du Val, Gallus, Academia Sorbonicæ Decanus, & Professor Regius, edidit*

*S. Cælestini V. Romani Pontificis vitam. Legitur Gallicè in Flore Sanctorum, Petri Ribadeneiræ S. I. Parisiis & Lugd. fol. edit.*

*De potestate Papæ librum Parisiis in 8. editum, & in summis Theologica.*

Obit Parisiis anno Incarnationis Dominicæ 1638. die 9. Septembris ex nota Cl. V. D. Charitonis, Maioris Pœnitentiarij Parisiensis, huius Bibliothecæ Approbatoris iussu Illustriss. D. Petri Seguerij Magni Cancellarij Galliarum, sub Urbano VIII. Rom. Pont.

*Andreas Eudæmon Ioannis, natione Græcus, patriâ Cidonius, S. I. Presbyter & Theologus, edidit aduersus Roberti Abbatis Oxoniensis*

*De Antichristo Sophismata disputationis, lib. 3. Monachij anno 1609. in 4. apud Georgium V Villerum.*

Floruit sub Paulo V. Romano Pontifice.

*Andreas Hoyus, natione Belga, patriâ Brugensis, Academia Duacensis Professor, scripsit*

*Apologiam pro S. Gregorio Magno, aduersus Q. Septimum Florentem Christianum, super Phoca Imperatore.*

*Romanorum Pontificum vitas, versu Heroico.*

Viuebat anno Incarnationis 1625. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Andreas Iacobatius, edidit*

*Adriano VI. Pontifici Maximo Reipublica Christiana congratulationem & desiderium. Prodiit in 4.*

*Andreas S. Michaëlis Bambergæ Abbas Ordinis S. Benedicti, natione Germanus, scripsit*



*Magnum opus Canonizatorum ex Ordine S. Benedicti Pontificum, Archiepiscoporum, &c. cum singulorum rebus gestis.*

Claruit anno Domini 1483. sub Sixto IV. Pont. Max.

*Andreas Saussayus, du Saussay, Parisinus, Doctor Sorbonicus, S. R. E. Protonotarius, Concionator Regius, necnon SS. Lupi, & Ægidij in Vrbe Pastor, edidit*

*Elogia Gregorij X. 10. Ianuarij, Benedicti XII. 26. Aprilis, Urbani V. 19. Decembris, Clementis I. 23. Nouembris, Gelasij II. 29. Ian. Urbani II. 29. Iulij, Marcelli I. 16. Ian. Cornelij, 4. Martij, & 14. Septembr. Alexandri III. 27. Augusti, Urbani IV. 4. Octobr. Leonis I. 11. Aprilis, in Supplemento Calixti I. 14. Octobr. Marcellini 26. Aprilis, Gregorij VII. 25. Maij, Leonis IX. 19. Maij, & Lini 23. Septembris. Hæc in suo Martyrologio Gallicano, Parisiis 1637. fol. edito.*

Viuit Parisiis hoc anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Andreas Turellus, vulgò Tourel, vel Toureau, natione Burgundus, patriâ Diuionensis, Iurisconsultus, in Academia Pontificia Bononiensi linguarum Græcarum Professor publicus, edidit ad Senatum Bononiensem*

*Heroëm diuinitatis, seu de rebus gestis in sacro principatu Urbani VIII. Panegyricum, in quo continentur Elogia prædicti Urbani, & Cardinalium ab ipso creatorum. Bononiæ 1639. fol. Latinè.*

Viuit hoc anno 1642. Bononiæ in Italia sub Urbano VIII. Papa.

*Andreas Victorellus, Italus, patriâ Bassanensis, Presbyter, & Theologus, edidit*

*Ad vitas Pontificum & Cardinalium Alphonsi Ciaconij Ad-ditamenta. Item*

*Vitas Summorum Pontificum Leonis XI. Clementis VIII. Pauli V. Gregorij XV. & Urbani VIII. & multorum Cardinalium. Leguntur in vltima editione Ciaconiana.*

*Observationes ad nonnullas Romanorum Pontificum vitas.*

*Vitas, seu Elogia historica nonnullorum Cardinalium sacre Rom. Eccles.*

*Exemplorum Cardinalium virtutes experimentium, librum.*

Bonifæ



*Bonifacium VIII. Pontificem Maximum ex bona nota scriptoribus defensum.*

*Cardinalium exercitibus prefectorum defensionem.*

*De Sacello Exquilino à Paulo V. Pont. Rom. extracto lib. 1.*

Viuit Romæ anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Androinus de Rocca, vel de Rupe, vulgò de la Roche, natione Burgundus, professione Benedictinus, S. Theolog. Doctor, Abbas S. Sequani, deinde 34. Cluniacensis, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis, tit. S. Marcelli, ac Ordinis Seruorum S. Mariæ Protector, scripsit*

*Relationem de statu rerum Sedis Apostolicæ in Italia à die 13. Aprilis vsque ad 23. Augusti anni 1357. ab Androino Abbate Cluniacensi ad Innocentium VI. Extat MS. apud Cl. V. Iosephum Mariam Suarezium Episcopum Vasionensem.*

Obiit Viterbij peste tactus 4. Kal. Nouembris 1369. ibique in Ecclesiâ, & habitu Seruorum sepultus, postea tamen Cluniacum corpus reportatum, iuxta Sacellum S. Dionysij repositum est.

*Angelus Acciaiuolus, ciuis & Episcopus Florentinus, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. Laurentij in Damaso, post Episcopus Ostiensis, & Veliternus, Collegij Decanus, & S. R. E. Cancellarius, scripsit*

*Apologeticum librum de Urbani VI. electione, in quo non tam differendo disputatur, vtrum Clemens VIII. Pseudopontifex potuerit extraordinariâ suffragatione legi, quàm ea exquiratur viâ quæ nascentium malorum esse extinctura facem.*

Obiit Pisis pridie Idus Iunij die Iouis, hora inter 14. & 15. ann. 1407. Pontificatus Gregorij XII. secundo, sepultus primò in Cathedrali Pisana, deinde corpus Florentiam delatum in Carthusiana Ecclesia, ab Acciaiola familia fundata sepulturam accepit; cuius Epitaphium ibidem legi, & in nostra Bibliotheca Cardinalitia parata, apposui.

*Angelus Anachoreta, seu Monachus Ordinis Vallis-umbrosæ, Theologus, scripsit*

*Orationem, quam habuit ad Iulium II. Papam anno 1512. pro*

*Concilio Lateranensi, contra conuenticulum Pisanum.*

*Angelus Bargæus, Italus, scripsit*



*Commentarium de Obeliscis Romæ à Sixto V. Pontifice Maximo erectis.*

*Angelus Fundius, natione Italus, scripsit*

*Orationem ad Iulium I I. Pontificem Maximum Senatus Senensis nomine habitam. Lipsiæ 1504. apud Iacobum Tanier.*

*Angelus Manrique, natione Hispanus, patriâ Burgenfis, Doctor ac Professor Salmanticensis, Concionator Regius, ac Cisterciensis familiæ in alma Hispaniarum Obseruantia Generalis, edidit*

*De rebus gestis Eugenij III. & Alexandri III. Romanorum Pontificum, tom. 1. & 2. Annalium Cisterciensium. Lugduni 1642. apud hæredes Gabriëlis Boiffat & Laurentium Aniffon fol.*

*Viuit in Hispania hoc anno 1642. sub Urbano VIII. Pont. Max.*

*Angelus Politianus, Nobilis Italus, scripsit*

*De potestate Papa orationem.*

*De laudibus Innocentij VIII. Rom. Pont. in Epistola ad Ioannem Petrum Vrbinatem Episcopum.*

*Orationem pro Senensibus habitam Romæ ad Alexandrum VI. Rom. Pont. dum apud eum pro eis fungebatur officio Oratoris.*

*Vixit sub Alexandro VI. Papa.*

*Angelus Rocca, Italus, patriâ Camerinus, Augustinianus, Doctor Theologus, ex Apostolici Sacrarij Præfecto Episcopus Tagastensis, scripsit opera varia ad Historiam Pontificiam pertinentia, quorum tituli sunt:*

*Bibliotheca Vaticana, qua omnes Bibliothecas insigniores, tam antiquas, quàm recentes; Conciliorum item Generalium præcipua, & potiora, linguarumque ferè omnium alphabetica, & in ea Commentarios: cunctasque Sixti V. res gestas, dum varia in parietibus Bibliotheca Vaticana per Pictores representata declarantur; multoque tandem plura scitu digna comprehendit. Romæ anno 1591. typis Vaticanis.*

*Commentarius de sacrosancto Christi corpore, summis Pontificibus iter consipientibus præferendo; antiquissimi ritus causam & originem, variasque summorum Pontificum sacratissimam secum hostiam*



hostiam in itinere deferentium, profectioes. Itinerarium autem Societatis sanctissimi Sacramenti, Clemente VIII. Pontifice Maximo Ferrariam proficiscente, eiusdemque Pontificis solemnem in eam ciuitatem ingressum, & ibidem res gestas, atque in Urbem Romam reditum, nec non breuissimas ciuitatum, & oppidorum, per qua transcundum erat, discriptiones complectens. Romæ anno 1599.

Commentarius de canonizatione Sanctorum, hoc est, de diffinitione, auctoritate, & antiquitate, deque causis, & ordine iudiciario canonizandi Sanctos. De miraculis item, ac de rebus, que veram declarant sanctitatem, nec non de honoribus, qui Sanctis canonizatis, & nondum canonizatis debentur, deque infallibili Catholica Ecclesia certitudine, ad canonizationem pertinere, additis ceremonijs in ea obseruari consuetis, ac declaratis; Sanctorumque omnium canonizatorum catalogo accedente, &c. Romæ anno 1601. postea 1610. auctior.

Scholia in S. Gregorij Magni, eiusque parentum imagines ere incisas, & à Ioanne Diacono diligentissimè descriptas, atque in eorundem vestimenta, & calceamenta, præsertim verò in Sandalia S. Gregorij, hoc est, in calceos Pontificios cruce insignitos, ad summi Pontificis pedes osculandos; nec non in Pallium Pontificium, ac denique in tabulam quadratam ad occiput eiusdem Sancti effictam. Hæc autem omnia à Ioanne Diacono ad amussim conscripta, scholijs explicantur ad pleniorẽ intelligentiam rerum antiquarum. Scholia quoque in Sacramentorum librum, nec non in tabulis Donariorum, hoc est, prædia, vel possessiones permultas Oliuetis refertas, Beatissimis Apostolis Petro & Paulo pro lampadibus eorundem Sanctorum accendendis, ab eodem Gregorio dicatas. Commentario addito de Ferraria à Clemente VIII. Pont. Max. Apostolica Sedi recuperata, quam olim Comitissa Mathilda Basilica S. Petri ex testamento pro Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli lampadibus accendendis donauit. Index denique in vitam eiusdem Sancti à Ioanne Diacono conscriptam. Quæ sanè omnia vno libro in folio sunt impressa Romæ anno 1595. deinde Parisiis cum operibus S. Gregorij anno 1605.

Oraculum Heroico versu Latino de auspiciata salute, urbi Venetæ diuinitus reddita tempore pestis, aduentante aurea rosa à  
summis



*summis Pontificibus tempore quadragesimali solemniter benedici consueti, ad Venetos à Gregorio XIII. missa conscriptum. Venetiis anno 1577.*

*Commentariolus de Nuce ad Innocentium IX. Stemma eiusdem Gentilium mysticè representante. Romæ anno 1591.*

*Commentarius de sacra Romani Pontificis communione Missam solemniter celebrantis. Romæ anno 1610. In quo continentur sequentia.*

*Cur summus Pontifex quando solemniter celebrat, ad altare consecret, & ad solium communicet.*

*Cur in solemnibus communione summus Pontifex è sinistro solij latere sacratissima hostia allata sibi partem; pretiosissimi verò sanguinis partem è latere dextro sibi porrecti assumat.*

*Cur sacrosanctæ Eucharistiæ medietas, hoc est, Christi corporis & sanguinis pars à summo Pontifice, altera eorumdem pars inter Diaconum Cardinalem, & Subdiaconum Apostolicum dispersita in solemnibus communione ab iisdem sumantur.*

*Cur summus denique Pontifex calamum in sumendo Christi sanguine adhibere soleat; nec non ministri, Cardinalis videlicet Diaconus, & Subdiaconus Apostolicus inter solemniter communicandum calamo eodem utantur. Hæc ibi.*

*Commentarius de sanctorum Apostolorum Petri & Pauli prælatione, siue imaginibus eorumdem, utra scilicet inter eas collocandas, aut pingendas præferenda sit, cum in antiquissimis præsertim musivis, & alijs in locis imago S. Pauli, ad S. Petri dextram collocata inveniatur.*

*Commentarius de Romani ac summi Pontificis nominibus ac muneribus, nec non de ministerijs, vel obsequijs eidem præstandis.*

*Commentarius de summi ac Romani Pontificis potestate spirituali, ac temporali iuxta Conciliorum Generalium, nec non sanctorum Patrum, & veterum ac recentiorum Theologorum, Canonistarum, & Iuristarum doctrinas, ac sententias; atque item iuxta historica exempla, præ ijs Scripturæ sacræ locis; donatione in super Constantini Magni, tam sanctorum Patrum, & insignium Doctorum, quàm infensissimorum Ecclesiæ sanctæ hostium, ceterorumque scriptorum monumentis vndeque comprobata; additis denique*



denique cunctis Ecclesia patrimonijs, tam ad Orientalem, quam Occidentalem plagam locatis.

Vixit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

*Anglicani Romani Collegij Commentarius de persecutione Anglicana*, anno 1582. in Vrbe editus, & iam denuò Ingolstadij recusus, additis lectionibus Gregorij XIII. Rom. Pont. hortatorijs ad subueniendum Angliæ, ex Officina V Veiffenhorniana apud V Wolfgangum Ederum anno 1582. in 12.

*Annibaldus Ceccanus*, vel de *Ceccano*, [Aquinatis dicecesis, HERNICUS, Campanus, ex Archiepiscopo Neapolitano S. R. E. Episcopus Cardinalis Tusculanus à Ioanne XXII. creatus, scripsit

*Vitas Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli*, Heroico versu.

Obiit mense Iulio ann. 1350. in Campania oppido sancti Maximi in legatione Neapolitana, corpus Romam delatum in Basilica S. Petri sepultum est.

*Annibaldus Crancius*, Philosophus & Capitaneus Dalmata, scripsit

*Sententiam super questione, an iniurias à Paulo V. Papa Venetæ Republicæ illatas, liceat bello & armis propulsare*. Extat tom. 3. *Monarchiæ*, Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 557. ad 565.

*Anonymi* varij scripserunt

*De potestate Papæ opera*, quæ extant MSS. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica vol. 140. num. 3. In illa S. Benedicti vol. 85. num. 21. In illa Collegij Emanuelis vol. 1. num. 9. & 21. Rursus in illa S. Benedicti vol. 230. & 345. num. 1.

*Anonymus*, scripsit

*Adriani IV. Romani Pontificis vitam* MS. in Vaticano.

*Anonymus*, scripsit

*Alexandri III. Papæ vitam*. Extat M S. in Vaticano.

*Anonymus alter*, scripsit

*Alexandri Papæ historia Fragmentum cum figuris antiquis*.

Extat M S. Patauij in Museo Illustriss. D. Dominici Molani Senatoris Veneti, ex *Bibliothecis Patauinis manuscriptis*, Cl. V. Iacobi Philippi Tomassini, nunc Episcopi Ciuitatis Nouæ pagin. 87.



*Anonymus* Auctor, Germanus ni fallor, edidit

*De atatibus Ecclesie, contra Primatum & superioritatem Papæ Romani, tractatum.* Incipit, *Cogitanti mihi, & cum animo meo, &c.* Extat tom. 1. *Monarchie*, Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 25. vsque ad 30.

Viuit anno Christi 1350. sub Clemente VI. Pont. Max.

*Anonymus*, scripsit

*Chronicon Romanorum Pontificum & Imperatorum, &c. ac de septem atatibus mundi.* Prodiit Romæ anno 1476. in 4.

*Anonymus*, scripsit

*Chronicon Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Benedictum IV. qui factus est Papa anno Domini 905. incipit, De utraque dignitate, &c.* Extat MS. Patauij in Bibliotheca Diuæ Mariæ Pratalexæ num. 20. ex Bibliothecis Patauinis Iacobi Philippi Tomassini.

*Anonymus*, scripsit

*De S. Cælestini V. Papæ conuersatione librum, quem possidet Cl. V. Gabriel Naudæus, MS.*

*Anonymus* Italus, scripsit

*De commissionibus & facultatibus à Iulio III. Papa datis M. Paulo Odescalco librum.* Prohibetur in Indice Romano.

*Anonymus*, scripsit

*Eugenij III. Romani Pontificis vitam.* Extat MS. in Vaticano.

*Anonymus* Anglus, scripsit

*De differentia vera Regiæ potestatis & Ecclesiasticæ, & que sit ipsa veritas ac virtus utriusque, opus eximium.* Extat tom. 3. *Monarchie S. Romani Imperij*, Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 22. vsque ad 45. Prohibetur in Indice Romano.

*Anonymus* Gallus, scripsit

*Commentationem ad Bellarmini librum, de temporali potestate Papæ.* Extat tom. 3. *Monarchie*, Melchioris Goldasti Calvinistæ, auctoris damnati à pag. 836. vsque ad 847. incip. *Libertatem, rem inestimabilem, &c.*

*Anonymus* Gallus, edidit

*De Ecclesiastica & Politica libertate, librum 1.* Parisiis anno 1611. Prohibetur in Decreto Romæ 1613. & die 2. Decembris 1622.

*Anonymus*



*Anonymus* Anglus, edidit

*Questionem in Thomam Watsonum Episcopum Lincolnien-  
sem, aliosque nonnullos Anglos, super articulis quibusdam de Bulla  
Papali, quæ contra Reginam Elizabetham recens exierat. Extat  
tom. 3. Monarchia prohibita, Melchioris Goldasti Calvinistæ  
à pag. 60. vsque ad 68.*

*Anonymus* Gallus, sub nomine Doctoris Sarbonici, scripsit

*Iudicium cuiusdam boni Sorbonistæ, non addicti Ligæ, super  
Monitoris Papæ contra Regem Christianissimum. Extat tom. 3.  
Monarchia S. Romani Imperij, Melchioris Goldasti Calvinistæ,  
à pag. mihi 127. vsuue ad 131. incipit, Monitorium Papæ factum  
Henrico III. Regi Christianissimo, &c.*

Claruit anno Christi 1588.

*Anonymus*, scripsit

*S. Gelasij I. Romani Pontificis vitam. Extat Romæ in Biblio-  
theca Baroniana, vt ipsemet Baronius testatur in Notis ad  
Martyrologium Romanum die 21. Nouembris, S. Gelasij.*

*Anonymus*, scripsit

*Innocentij III. Pont. Max. vitam. Extat Romæ in Biblio-  
theca Baroniana, vbi vidi anno 1640. beneficio R. P. Ode-  
rici Raynaldi Theologi, & Annalium Baronianorum conti-  
nuatoris exitnij, & Tolosæ in illa Fuxiensi, quæ edita est ante  
Registrum dicti Innocentij, studio eruditissimi Francisci Bos-  
queti I. C. Narbonensis.*

*Anonymus*, scripsit

*Lucij II. Romani Pontificis vitam. Extat MS. in Vaticano.*

*Anonymus*, scripsit

*Pij II. Romani Pontificis vitam. Legitur ante operum  
editionem Basiliensem ann. 1575.*

*Anonymus*, edidit

*Pontificij Oratoris legationem in conuentu Noribergensi. Pro-  
hibetur in Indice Romano.*

*Anonymus* Græcus, scripsit

*Disceptationem cum Cardinalibus Romanis, de Primatu Petri.  
Extat tom. 1. Monarchia S. Romani Imperij, quæ prohibetur in  
Indice Romano, pag. 242.*

*Anonymus* Hispanus, edidit



*De Pontifice Romano & eius auctoritate*, lib. Prohibetur ex Decreto 12. Decembris 1624.

*Anonymus*, sub nomine Theologorum Venetorum, edidit

*De interdicto Pauli V. Papæ contra Rempublicam Venetam, tractatum*, incip. *Requirit sanè, quo, &c.* Paulus Venetus Seruita est huius libri Auctor. Extat tom. 3. *Monarchia*, Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 325. vsque ad 340.

*Anonymus*, Theologus, scripsit

*Responsonem ad litteras quasdam à reuerendo quodam eius amico ipsi scriptas, super censuris, seu excommunicatione Pauli V. Pontificis Romani publicatis, contra Sereniss. Remp. Venetam, &c.* incipit, *Litteras tuas, Reuerende Domine, legi, &c.* Extat tom. 3. *Monarchia* Melchioris Goldasti Auctoris damnati à pag. 368. ad 374.

Floruit anno Christi 1606. sub Paulo V. Romano Pontifice.

*Anonymus*, edidit

*Simplicem narrationem indicantem & exponentem, meretriculam quandam Anglam nunquam Papam fuisse, neque unquam in rerum natura extitisse, & vnde figmentum illud originem duxisse creditur.* Prodiit anno 1588. in 4.

*Anonymus*, Italus, scripsit suo vulgari idiomate opus sic prænotatum:

*Varie Imprese de Sixto V. hoc est, Sixti V. designationes.* Extat MS. Patauij cum miniaturis in 4. memb. in Museo Flauii Quarrengei Comitis de Poiago, Canonici Patauij, ex *Bibliothecis Patauinis Manuscriptis* Cl. D. mei Iacobi Philippi Tomasini Episcopi Ciuitatis Nouæ in Istria, cuius liberalitate Patauij anno 1640. eas accepimus.

*Anonymi* varij Auctores, scripserunt

*De Romanis Pontificibus* MS. in Vaticano.

*S. Anselmus*, natione Burgundus, vel Italus, Augustæ Prætorix ad fauces geminarum Alpium natus, Benedictinus, Abbas Becensis in Neustria, deinde Archiepiscopus 34. Cantuariensis in Anglia, scripsit

*De laudibus S. Petri Apostoli, in suis colloquijs cælestibus, quæ prodierunt Lugduni anno 1630. fol. ex Officina Lauren-*



tij Durand cum alijs eius operibus; studio Theophili Raynau-  
di S. I. Sabaudi, Theologi eximij.

Obiit anno Christi 1109. die 21. Aprilis sub Paschali II.  
Rom. Pont.

S. Anselmus, Mantuanus, Lucensis Episcopus, ac S. R. E. Pres-  
byter Cardinalis ab Alexandro II. creatus, scripsit

*Libros duos ex Patrum sententijs, pro Gregorij VII. Decreto  
& rebus gestis contra Henricum Imperatorem, & contra Guiber-  
tum Antipapam. Qui leguntur apud Henricum Canisium  
tom. 6. antiquæ lectionis.*

Decessit Mantuæ anno Domini 1086. die 18. Martij sub  
Gregorio VII. Eius corpus integrum & incorruptum vsque  
in hunc diem asseruatur magna cum admiratione & deu-  
otione in D. Petri Ecclesia Cathedrali.

Anselmus Episcopus Marsicanus, scripsit

*Vaticinia super statu summorum Pontificum Romana Ecclesia  
explanata, & Colonia 1570. edita, studio Pauli Scalichij.*

Anselmus Remensis, Gallus, Monachus Benedictinus, scripsit

*Itinerarium S. Leonis I X. Romani Pontificis ex Vrbe in Ger-  
maniam & Gallias.*

Claruit anno à partu virgineo 1050. sub prædicto Leo-  
ne IX.

S. Antoninus ciuis & Archiepiscopus Florentinus, Ordinis Præ-  
dicatorum, scripsit

*De Romanis Pontificibus in Chronico. Item*

*De Romano Pontifice 3. part. tit. 22. summæ Theologiæ.*

Obiit anno Domini 1452. die 2. Maij sub Pio II. Papa.  
Iacet Florentiæ apud Dominicanos in facello marmoreo eius  
nomini dicato.

Antonius Artusinus, Forolouiensis, I. V. Doctor, edidit

*Orationem, habitam in publico Consistorio ad S. D. Urbanum VIII.  
Pont. Opt. Max. 16. Kalend. Maij 1624. dum Illustrissimi Helue-  
tiorum Legati nomine vniuersæ Heluetiorum Catholicorum Rei-  
publicæ debitum eidem Pontifici obsequium redderent. Romæ ty-  
pis Iacobi Mascardi anno 1624. in 4.*

Antonius Auberyus, Aubery, patriâ Parisinus, edidit Gallico idio-  
mate



*Historiam Generalem Cardinalium, duobus tomis distinctam, quorum prior est, ab anno 1049. usque ad annum 1402. Parisiis apud Ioannem Iost 1642. in 4. Alter verò paratur.*

Vixit Parisiis hoc anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Max.

*Antonius Bosius, natione Italus, Iurisperitus, edidit Latine Urbani & Lucij Pontificum & Martyrum vitas, atque Paschalis I. litteras, de eorundem Sanctorum corporum inuentione, & in Urbem translatione, quæ leguntur in historia passionis S. Cæciliæ ab ipso edita, Romæ apud Stephanum Paulinum anno 1600. in 4.*

Claruit Romæ sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Antonius Buccapadulus, scripsit*

*Orationem de translatione corporis Pij V. in Sacellum Sixtinum. Prodiit Romæ.*

Floruit Romæ anno Christi 1586. sub Sixto V. Pontifice Romano.

*Antonius Caracciolus, patriâ Neapolitanus, Clericus Regularis, Theologus, edidit*

*Pauli IV. Pontificis Maximi vitam. Coloniae Vbiorum ex Officina Ioannis Kinkij 1612. in 4. Hic differt ab Antonio Caracciolo, Amalphitano, Abbate Victorino Parisiensi, & Episcopo 82. Trecensi, postea hæretico. De quo Posssevinus in Apparatu sacro v. A. Antonius Sanderus, Gandauensis lib. 3. de Claris Antonijs, Nicolaus Camusatus, Thesaurarius Ecclesiæ Trecensis in Promptuario Antiquitatum Tricastinarum. Claudius Robertus in Catalogo Episcoporum Trecensium, n. 42. & alij.*

Vixit sub Paulo V. summo Pontifice.

*Antonius Caraffa, Neapolitanus, S. R. E. Diaconus, postea Presbyter Cardinalis, ac Bibliothecarius, scripsit*

*Notas Apologeticas in relat. B. N. de Pauli IV. vita. Coloniae Vbiorum apud Kinkium anno 1612. in 4. vnâ cum Caracciolo.*

Obiit Romæ anno Christi 1591. sub Innocentio IX. Rom. Pont. sepultus est in æde S. Syluestri in Monte Quirinali.

*Antonius Cicarella, Platinae continuator, edidit*

Romano



*Romanorum Pontificum vitas, nempe à Pio V. usque ad Clemen-  
tem VIII. inclusivè. Prodiit Colonia Agrippinæ 1600. postea  
alibi.*

*Antonius Cordubensis, Hispanus, Ordinis Minorum Theologus,  
edidit*

*De potestate Papæ q. 8.*

*Vixit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.*

*Antonius Cornelius Lymnichanus, Theologus, edidit*

*Orationem, quâ ostendit cuiusmodi Principes, Pontifices, Sacer-  
dotes & Pastores esse debent, habitam Colonia 1521. ibidem ex-  
cusam 1535. in Fasciculo Ortuini Gratij.*

*Antonius Florebellus, Italus, patriâ Mutinensis, Theologus,  
edidit*

*De auctoritate Summi Pontificis Ecclesie capitulis lib. 1. Prodiit  
in Italia. ex Antonio Sandero Gandauensi Presbytero lib. 3.  
de Claris Antonijs.*

*Vixit sub Paulo III. Pontifice Maximo.*

*Antonius à Fonte Maiori, Hispanus, edidit Sermone Hispa-  
nico*

*Pij V. Pontificis Maximi vitam.*

*Romanorum Pontificum historiam.*

*Antonius Franciscus Rainerius, patriâ Mediolanensis, edidit*

*De creatione Iulij III. Rom. Pont. librum. Romæ 1550. in 4.*

*Claruit sub prædicto Iulio Papa.*

*Antonius Galeacius Bentiuolus, Italus, Orator Senatus Bononien-  
sis ad Sedem Apostolicam, edidit*

*Orationem obedientialem, quam habuit Romæ ad Alexan-  
dram VI. Romanum Pontificem, sub quo vixisse constat.*

*Antonius Gallonius, Romanus, Presbyter Congregationis Ora-  
torij de Vrbe, scripsit aduersus Constantinum Bellotum Mona-  
chum Cassinensem.*

*Apologeticum librum pro assertis in Annalibus Ecclesiasticis  
Baronianis de monachatu S. Gregorij Magni Papæ. Romæ ex Ty-  
pographia Vaticana anno 1604. in 4.*

*Obit Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1605.*

*Antonius Gentius, Belga, Monachus & Prior Monasterij Rubeæ-  
vallis Ordinis Canonorum Regularium S. Augustini, edidit*

*Quorum*



*Quorundam sanctorum Romanorum Pontificum vitas, quæ leguntur in sua Sanctorum historia tomis 8. distincta, quâ Laurentius Surius Carthusianus Colonienſis vſus eſt.*

Obiit anno Chriſti 1543, die 17. Julij, ſub Paulo III. Romano Pontifice.

*Antonius Georgius*, natione Italus, patriâ Bononiensis, Archipresbyter S. Mariæ Rotundæ de Vrbe, edidit

*S. Petri Apoſtolorum Principis vitam.* Romæ apud Hæredes Antonij Bladij anno 1570. in 4.

Vixit ſub Iulio III. Summo Pontifice.

*Antonius Giraldinus*, Protonotarius Apoſtolicus, & Poëta Laureatus, edidit *Latino idiomate*

*Orationem habitam Romæ anno 1486. in obſequio canonicè exhibitò per illuſtrem Comitem Tendilla, & Protonotarium Metinensem, & ipſum Geraldinum, nomine Ferdinandi Regis, & Elizabeth Regine Hispania, Innocentio VIII. Pontif. Max. Prodiit Romæ.*

Vixit ſub prænominato Innocentio VIII. Pontifice Romano.

*Antonius Metta* Vlyſſiponenſis, Luſitanus, Regis Luſitaniæ Orator Romanus, ſcripſit

*Orationem habitam Romæ ad Gregorium XIII. Papam.*

*Antonius Nigrinus*, ſcripſiſſe comperio

*Cæſtini IV. Romani Pontificis Elogium.*

*Antonius Petri*, ſcripſit

*Alexandri V. Papæ Diarium.* Extat MS. Romæ in Bibliotheca Vaticana, & in illa Eminentiffimi Franciſci Cardinalis Barberini.

*Antonius Polus*, patriâ Venetus, edidit

*Lucidarium poteſtatis Papalis.* Prohibetur in *Indice Romano.*

*Antonius Poſſeuinus*, Mantuanus, Societatis I E S V Theologus, edidit

*De Romano Pontifice* in ſcripto Magno Duci Moſcouiæ tradito. Ingolſtadij anno 1583. in 12

*Gregorij XIII. Romani Pontificis Elogium.* Legitur in *Apparatu ſacro.* Colonia, Venetiis, & Romæ edito.

Obiit Romæ ſub Paulo V. Summo Pontifice.

*Antonius*



*Antonius Pratus*, vel à *Prato*, vulgò *du Prat*, Aruernus, I.C. ex Aduocato Regio Tolosano, & Proto-præsìde Parisiensi Episcopus Albiensis & Meldensis 91. Archiepiscopus 98. Senonensis, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasie, Franciæ Legatus ac Cancellarius, scripsit

*Orationem, quam habuit Bononiæ ad Leonem X. Papam anno 1515. præsentem Francisco I. Galliarum Rege Christianissimo.*

Obiit in suo Castello de Nantouillet anno Domini 1535. die 9. Iulij, ætat. 68. sub Paulo III. Papa; eius corpus postea Senonas delatum & conditum in Ecclesia Metropolitana, Epitaphio Gallico.

*Antonius Puccius*, Clericus Apostolicus, habuit

*Orationem in Concilio Lateranensi ad Leonem X. Pontificem Maximum 3. Nonas Maij 1515. sess. 10. ad Historiam Pontificiam pertinentem.*

*Antonius Quarengus*, Patauinus Canonicus, Pontificius Referendarius, scripsit Hetrusco idiomate

*Relationem de electione Pauli V. Papæ.*

*De qualitatibus Nuntiorum à Papa ad diuersos Principes destinatorum.*

*De Columna à Paulo V. Pont. Max. ex veteris Pacis templo in Exquilinum translata, carminæ.*

Obiit sub S. D. N. Urbano VIII. Pontifice Maximo.

*Antonius Quirinus*, Senator Venerus, edidit *ad Rempublicam Venetam*

*Monitionem rationum Serenissimæ Reipublicæ Venetæ, circa difficultates inter eam & Paulum V. Pont. Max. ortas. Prohibetur in Decreto 20. Septembris 1606. Extat tom. 3. Monarchiæ, Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 312. ad 324.*

*Antonius Rebbe*, scripsit

*De potestate Ecclesiæ & Romani Pontificis, lib. 1.*

*Antonius Rossellus*, natione Tuscus, Patauij iuris vtriusque Professor, Consiliarius Cæsareus, scripsit

*Tractatum de potestate Imperatoris ac Papæ & Concilij: & an apud Papam sit potestas vtriusque gladij, & de materia Conciliorum. Veneriis anno 1483. Prohibetur in Indice Romano.*

L I

Extat



Extat tom. I. *Monarchia Goldastina* pag. 252. ad 564.

Claruit anno salutis 1467. sub Paulo II. Pontifice Maximo.  
*Antonius Ruffius, de Ruffy*, Consiliarius Regius præfecturæ Mas-  
siliensis, edidit

*Vrbani V. summi Pontificis elogium*. Legitur in *historia Mas-  
siliensi*, hoc anno 1642. fol. Massiliæ edita Gallicè, pag. 350.  
351. & 352.

Viuit Massiliæ sub S. D. N. Urbano VIII. Pontifice ter  
Maximo.

*Antonius Sanctorellus*, Societatis Iesu Presbyter & Theologus,  
natione Italus, edidit ad Principem Mauritium Cardinalem  
à Sabaudia,

*Tractatum de auctoritate Romani Pontificis in delictis hæresis,  
schismatis, Apostasia, &c. puniendis*. Romæ apud hæredem  
Bartholomæi Zanetti 1625. in 4.

Viuebat Romæ anno Christi 1640. sub Urbano VIII. Ro-  
mano Pontifice.

*Antonius Sanderus*, Flander, Gandauensis, Presbyter, edidit  
*Latinè*

*Elogia Cardinalium S. R. E. magis illustrium, nec non Hadria-  
ni IV. Ioannis XXIII. & Pij II. Romanorum Pontificum*. Loua-  
nij apud Cornelium Cœnesteynium anno 1626. in 4.

Florebat Gandau anno Domini 1629. sub Urbano VIII.  
Papa.

*Antonius Saxanus*, vulgò *du Saix*, Sabaudus, Beneficiarius  
S. Antonij Burgenfis apud Sebusianos, Abbas Cheseriaci,  
dicecesis Geneuensis, in Beugesio, ac Caroli Ducis Sabau-  
diæ Præceptor ac Eleemosynarius, edidit

*Orationem ad Clementem VII. Papam, super ipsius in Galliam  
aduentu*, Lugduni apud Griphium 1534.

Claruit anno Domini 1559. sub Pio IV. Romano Pon-  
tifice.

*Antonius Scappus*, Italus, edidit

*Tractatum de birreto rubeo S. R. E. Cardinalium dando*, Ro-  
mæ in 4.

*Antonius Thomasius*, Collegij Romani Græcorum Alumnus, Mo-  
nachus Ordinis S. Basilij, edidit



*In Columnam & Sacellum Exquilinum Pauli V. Pont. Max. carmina Græca, & Latina, quæ leguntur apud Bzouium in Pontifice Romano.*

Vixit Romæ sub Paulo V. Papa.

*Antonius Tibaldeus, Ferrariensis Patricius, scripsit*

*In laudem Leonis X. Pontificis Maximi Epigramma.*

Obiit Romæ anno post Christi natiuitatem 1537. sub Paulo III. Papa.

*Antonius Tylesius, Consentinus, scripsit*

*De Clemente VII. Rom. Pont. ex Abrahamo Bzouio in Pontifice Romano.*

*Antonius Viperefcus, Vicarius Basilicæ Lateranensis, scripsit*

*Orationem habitam ad Paulum V. dum clauis Laterani ei presentaret.*

*Orationem alteram eiusdem argumenti ad Leonem XI. Pont. Max. habitam.*

Vixit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Arator S.R.E. Subdiaconus Cardinalis, scripsit Hexametro versu*

*S. Petri Apostoli res gestas ex actibus Apostolorum S. Luca desumptas. Extant in sua historia Apostolica duobus libris distincta, quæ legitur tom. 8. Bibliotheca Patrum, Margarini Bignæi Cœnomanensis Decani, Doctoris Sorbonici.*

Floruit sub S. Vigilio Romano Pontifice.

*Archangelus Caraccia, de Ripalta Montis Ferrati, Italus, Ordinis Prædicatorum, S. Theologiæ Doctor, ac Professor, edidit*

*ex Apibus Vrbanis Leonis Allatij*

*Pij V. summi Pontificis vitam. Papiæ, per Iacobum Ardizonum 1615.*

*Breuem narrationem gestorum Pij V. ex processibus canonizationis extractam. Romæ typis Guilelmi Facciotti 1629.*

*De gestis Pij V. prægrande opus parabat Romæ 1632.*

Floruit Romæ 1632. sub S.D.N. Urbano VIII. Papa.

*Archangelus Spina, natione Italus, Monachus Camaldulensis, edidit Italico idiomate*

*In laudem Pauli V. Papa Tessaradecasticha. Leguntur in suis Rhythmis spiritalibus, num. 217. & 218. qui prodierunt Neapoli.*



*Ardicinus de la Porta*, iunior, Nouariensis, Episcopus Alerien-  
sis, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. Ioannis & Pauli,  
scripsit

*Epistolam ad Innocentium VIII.* cur à curia recesserit. Extat  
tom. 2. Ciaconij pag. 1301. & 1302.

Obiit Romæ anno Domini 1493. die 5. Februarij: sepultus  
in Basilica Principis Apostolorum.

*Armandus Ioannes Plessus Richelæus*, vulgò *du Plessis de  
Richelieu*, Pictauus, Gallus, & immortalis Gallorum gloria, na-  
tus anno Christi 1585. Episcopus 16. Lucionensis, Mariæ Me-  
diceæ Reginae matris Eleemotynarius, ac Vniuersitatis Sor-  
bonicæ Prouisor, deinde S. R. E. Cardinalis, non solum nomi-  
ne, sed etiam re, ingenio, zelo & virtute eminentissimus, Dux  
& Par Franciæ, Ludouici XIII. Regis Christianissimi Consi-  
liarius fidelissimus, & auctoritatis regiæ Gallicanæ Restaura-  
tor illustrissimus, sed maximè Hæreticorum Extirpator incly-  
tus, aduersus quos, non solummodo armis, sed etiam scriptis  
pugnauit; nam edidit, Gallicè,

*Defensionem Romani Pontificis*, in libro *de præcipuis punctis  
fidei Catholice aduersus 4. Ministros Charentonij defensis*, cap. 8.  
multoties Parisiis editis, præsertim anno 1629. in 4. typis Se-  
bastiani Cramoisy pag. 157. & seqq. Prodiit etiam Latine.

Obdormiuit in Domino Parisiis in Palatio Richelæo die 4.  
Decembris ann. 1642. ætatis 58. horâ meridianâ, sub S. D. N.  
Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. sepultus est in Ecclesia Sorbo-  
næ, quam munificentissimis impensis omnino restaurauit, in  
sepulchro marmoreo: orante Illustrissimo & eloquentissimo  
D. D. de Lingendes, Episcopo Sarlatensi. De pio eius obitu  
lege *Epistolam* R. P. Seraphini à Iesu, Carmelitæ, & Procura-  
toris Syndici Prouinciæ Turoniæ testis oculati, necnon R. P.  
Leonis à S. Ioanne Prædicatoris Regij, socij, Excellentissimo  
D. D. Marchioni de Fontenay Marueil Oratori Christianissi-  
mæ Maiestatis Romano directam, & Parisiis anno 1642. in 8.  
apud Ioannem Guillemot, deinde Lugduni eodem anno in 4.  
apud Ioannem Amatam Candy, Gallicè editam.

*Arnoldus Pontacus* Vasco, Episcopus Vasatensis, scripsit

*De Romanis Pontificibus*, in Chronographia à Christo nato  
vsque



vsque ad sua tempora, deducta, quam postea auctam suæ Gilbertus Genebrardus inseruit.

Obiit in Castro *des Iouberres* die 4. Februarij anno gratiæ 1605. sub Clemente VIII. Pont. Max.

*Arnoldus VVion*, Belga, Duacensis, Benedictinus, scripsit

*De Romanis Pontificibus & S. R. E. Cardinalibus Ordinis S. Benedicti, in suo Ligno vitæ*, Venetiis 1593. in 4.

Claruit ann. Domini 1595. sub Clemente VIII. Rom. Pont.

*Ascanius Columna*, Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis, deinde Presbyter tit. S. Crucis in Hierusalem, tandem Episcopus Preneftinus, scripsit

*Iudicium de ijs, quæ Cardinalis Baronius de Monarchia Sicilia scripsit*. Extat tom. 3. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluini-stæ à pag. 616. ad 618. incipit: *Obtulisti mihi, ex Hispania red-eunti, Vndecimum, &c.*

*Allocutionem, cum Paulo V. Rom. Pont. clauces Basilicæ Lateranensis ex more traderet*. In Romano Pontifice Bzouij.

Obiit Romæ anno Verbi incarnati 1608. die 17. Maij, ætatis 49. sepultus in Basilica Lateranensi.

*Ascanius Valentinus*, natione Italus, edidit carmine

*Sacellum Gregorianum in Maiore Æde D. Petri, quæ est Roma ad Vaticanum ex ipso Sacelli opere augusto, quales à Gregorio XIII. Pont. Max. inter alia opera insignia extructum est*. Prodiit Romæ, postea Ingolstadij in Bauaria apud VVolfgangum Ederum anno 1584. in 4.

Claruit sub Gregorio XIII. Summo Pontifice.

*Astulphus Seruatius*, scripsit

*Diarium Concilij Tridentini sub Pio IV. Papa*. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Eminentissimi Francisci Card. Barberini.

*Attilius Marcellinus*, edidit

*Ad sepulchrum Principum Apostolorum pro Urbano VIII. Romam vouentem, carmen*. Romæ apud Ludouicum Grignanum anno 1630. in 4.

Floruit Romæ ann. Christi 1632. sub S. D. N. Urbano VIII.

Papa.

*Aubertus Miræus*, Belga, patriâ Bruxellensis, Decanus B. Mariæ Antuerp. Principū Alberti & Isabellæ Bibliothecarius, edidit



*Adriani VI. Romani Pontificis Elogium.* Legitur inter *Elogia illustrium Belgij scriptorum*, quæ prodierunt Antuerpiæ anno 1609. typis Martinij.

Viuebat anno 1630. sub S.D.N. Urbano VIII. Papa.

S. *Augustinus*, natione Afer, Episcopus Hipponensis, Ecclesiæ Doctor, scripsit

*Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad S. Anastasium I.* Legitur in *Epistola* 165.

*De S. Petro reprehensio à Paulo Epistolam.*

Obiit anno salutis 433. die 28. Augusti sub Sixto III. Pontifice Maximo.

*Augustinus Aueldensis*, Ordinis Minorum, Theologus, scripsit

*De Apostolica Sede, an sit de iure diuino, necne*, lib. 1.

Vixit in Germania sub Clemente VII. Romano Pontifice.

*Augustinus Barbosa*, Lusitanus, patriâ Vimararensis, I.V. Doctor, Protonotarius Apostolicus, insignis Ecclesiæ Vimararensis Thesaurarius Maior, & S. Congregationis Indicis in Vrbe Consultor, edidit

*Gregorij IX. Summi Pontificis Elogium.* Extat tom. 1. *Collectaneorum Doctorum*, tam veterum, quàm recentiorum in ius Pontificium vniuersum, Lugduni ex Officina Laurentij Durand 1636. fol.

Vixit Romæ anno 1642. sub Urbano VIII. Rom. Pont.

*Augustinus Bontemps*, Atrebas, Gallo-belgicus, Monachus Laubiensis, Congregationis Bursfeldensis, scripsit Heroico carmine

*Leonis IX. Summi Pontificis vitam.*

Floruit sub Clemente VIII. Papa ex Arnoldo VVione, & Antonio Possuino in *Apparatu sacro. v. a.*

*Augustinus Buccius*, Primarius Taurinensis Gymnasij Philosophus, scripsit

*Orationem habitam Romæ ad Sixtum V. Papam* nomine Amedæi à Sabaudia S. Ramberti Marchionis Oratoris Caroli Emanuelis Sabaudia Ducis 1586.

*Augustinus Fiuizanius*, Hetruscus, Augustinianus, Doctor Parisiensis, Ægidio Viterbiensi Generali postea Cardinali charus, scripsit



*De sancta Cruce summo Pontifici preferenda*, lib. 1.

Claruit sub Leone X. Romano Pontifice.

*Augustinus Mascardus*, Italus, Cubicularius Pontificius, edidit Italicè

*Trophaeum Campidolij pro sanctitate D.N. Urbani VIII. quando possessionem adipiscitur*. Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti 1624. in 4. Mediolani apud Bidellum 1625. in 8. Venetiis apud Fontanam 1625. & 1630. Hispanica etiam lingua apud plerosque legitur.

Orationem habitam ad Eminentissimos S. R. E. Cardinales, *de subrogando Pontifice*. Romæ ex typographia Alexandri Zanneti 1621. in 4.

Viuuit Romæ 1642. sub D. S. N. Urbano VIII. Romano Pontifice.

*Augustinus Orcgius*, Italus, Pontificiis eleemosynis Generalis Præfectus, S. D. N. Urbani VIII. Theologus, intimus Cubicularius, Canonicus Vaticanus, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sixti, & Archiepiscopus Beneuentanus, edidit

*De Romano Pontifice*, lib. de Hierarchia Ecelesiastica p. 2. operis Theologici. Romæ anno 1637. fol. apud Manelphum Manelphij.

Obiit sub S. D. N. Urbano VIII. summo Pontifice.

*Augustinus Patritius*, Italus, Episcopus Pientinus, scripsit

*De Romani Pontificis consecratione*, lib. 1. cap. 3. sect. 2. Rituum S. R. E. Prodiit Venetiis, & extat MS. in Bibliotheca Vaticana.

Vixit sub Innocentio VIII. Pontifice Maximo.

*Augustinus Philippus*, Florentinus, Ordinis Seruorum B. V. Mariæ, Theologus, scripsit

*Orationem, quam habuit ad Leonem X. Pont. Max.*

*Augustinus Romanus*, Augustinianus, Theologus, Episcopus Nazianzenus, & Cæsennas, scripsit

*De potestate Papæ* lib. 1.

Obiit anno Christi 1445. sub Eugenio IV. Romano Pontifice.

*Augustinus Steuchus*, natione Umber, patriâ Eugubinus, ex Canonico Regulari S. Saluatoris, Episcopus Kifani, & Apostolicus



cus Bibliothecarius, scripsit aduersus Laurentium Vallam.  
*De falsa donatione Constantini Imperatoris ad Syluestrum I. Papam* libros 2. Lugduni 1547. in 4.

Floruit anno gratiæ 1540. sub Paulo III. Romano Pontifice.

*Augustinus Tersagus*, Canonicus Mediolanensis, edidit Latinè  
*Carmen Panegyricum Urbani VIII. virtutum & actionum schema.* Mediolani anno 1624.

Vixit sub S. D. N. Urbano VIII. Pontifice Maximo.

*Augustinus Triumphus*, patriâ Anconitanus, Augustinianus, Doctor Sorbonicus, scripsit

*De potestate collegij, mortuo Papa librum.*

*De sacerdotio, & regno, ac donatione Constantini Imperatoris librum.*

*De potestate Ecclesiastica summam.* Romæ anno 1584. in fol.

Obiit Neapoli anno Domini 1328. ætatis suæ 85. sub Ioanne XXII. Papa, sepultus est apud Augustinianos cum inscriptione sepulchrali.

*Augustinus Triuulsius*, Mediolanensis, ex Episcopo Tolonenfi & Baiocensi in Gallia, S. R. E. Cardinalis Diaconus S. Hadriani, scripsit

*Historiam Romanorum Pontificum per succiduum successionem ad Paulum III. deductam*, quam morte præuentus typis mandare non potuit, qua plurimum vsus est Onuphrius Panuinus, qui Pontificum historiam densissimis obsessam tenebris illustrauit, ex Rupipozæo in *Nomenclatura Cardinalium*, Claudio Roberto in *Catalogo Episcoporum Tolonenfium*, & Andrea Victorello additione ad August. Triuulsij Cardinalis Elogium.

Obiit Romæ anno Christi 1548. sub Paulo III. Rom. Pont. sepultus est in Ecclesia Augustinianorum S. Mariæ de Populo.

*Augustinus Valerius*, Patricius Venetus, Episcopus Veronensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Marci, postea Episcopus Prænestinus, edidit

*Somnium in Conclau, quando creatus fuit Urbanus VII. Pontifex Maximus.*

De



*De postremo sermone Gregorij XIV. Pont. Max. ad Cardinales habito.*

*Soliloquium in Conclavi, in quo creatus fuit Clemens VIII. Pont. Max.*

*Commentarium visitationis Clementis VIII. Pont. Max.*

*De paterna charitate Clementis VIII. summi Pontificis erga amplissimum Gallia Regnum.*

*De eximia Clementis VIII. humanitate & indicijs plurimis paterni amoris erga Rempubicam Venetam, ad Bernardum Valerium.*

*Homiliam in festo S. Clementis I. Papa & Martyris.*

Obiit anno Incarnationis 1606. die 24. Maij, sub Paulo V. PP. Corpus eius postea Veronam delatum in sua Ecclesia Cathedrali sepultum est, vbi Senatus ei erexit statuam marmoream cum Epitaphio à nobis hîc anno 1640. collecto, & in Bibliotheca nostra Cardinalitia, apposito.

*Aminius Keldeus, natione Scotus, Episcopus electus, scripsit*

*Querimoniarum ad Papam librum 1. ex Thoma Dempstero lib. 1. hist. Gentis Scotorum.*

Obiisse creditur Mutinæ in Italia anno Domini 1298. sub Bonifacio VIII. Papa, ibidemque sepultus.

*Aurelius Prudentius Clemens, Hispanus, patriâ Cæsar-Augustanus, Poëta Christianus, scripsit*

*Petri & Pauli Apostolorum passionem. Extat in suo Peristephano, seu libro de coronis.*

Floruit anno Domini 390. sub S. Siricio Pontifice Maximo. *Aurelius Vrsus, edidit culto carmine*

*De exquilinis Sixti V. Romani Pontificis hortis, sub quo vixisse puto.*

*Auxilius, Auctor antiquus, scripsisse comperio ad Leonem Episcopum Nolanum.*

*Obiectiones triginta, & totidem defensiones pro Formosi Papa ordinationibus, aduersus Stephanum Papam. Extant apud Cardinalem Baronium in additionibus ad tomum 12. pagin. mihi 957.*



## B.

**B**ALDVINVS DE MONTESIMONCELLO, natione Italus, edidit

*Ad S. D. N. Urbanum VIII. Pontificem Maximum, Panegyricum.* Mantuæ anno 1624. in 4. apud Aurelium & Ludouicum Ofannam fratres Ducales Typographos.

Vixit sub prædicto Urbano VIII. Papa.

*Baldus Catanus*, natione Italus, edidit

*Orationem ad Eminentissimos S. R. E. Cardinales de eligendo Pontifice*, anno 1590.

*Orationem funebrem Sixti V. Pont. Max.* 1590. *Rome habitam.*

Claruit sub Clemente VIII. Summo Pontifice.

*Balthasar Nardus*, Italus, patriâ Aretinus, edidit

*Expunctiones locorum, qui in libro de Papatu Romano ignoti Auctoris deprauantur, mutilantur, &c.* Parisiis anno 1618. in 4.

Viuebat sub Paulo V. Pontifice Maximo.

*Balthasar Porrero*, Hispanus, scripsit

*Cardinalium Hispanorum Elogia*, ex eruditissimo D. meo Iosepho Mariæ Suarezio Episcopo Vasionensi *in Vindicijs sanctæ Domitille.*

*Baptista Fulgosius*, Dux Genuæ, litteris & armis clarissimus, edidit

*Martini V. Romani Pontificis res gestas.* Leguntur lib. 8. rerum memorabilium.

Vixit sub Xisto IV. Pontifice Maximo, ex Antonio Verde-ro *in Bibliotheca Gallicana v. B.*

*Baptista Guarinus*, iunior, Nobilis Ferrariensis, Orator Pontificius, edidit Latinè

*Orationem in præstanda D. Paulo V. Pont. Max. pro ciuitate Ferrariæ obedientia.* Veneriis 1606. apud Ioannem Baptistam Ciorum.

Claruit sub præfato Paulo V. Papa.

*Baptista Guarinus*, senior, Alphonsi Atestini Ferrariæ Ducis Orator Romanus, scripsit

*Orationem,*



*Orationem, quam habuit Roma ad Gregorium XIII. Pont. Max. nomine Ducis Ferrarie.*

*Baptista Hispaniolus*, patriâ Mantuanus, Theologus, ac Poëta Christianus, Ordinis Carmelitarum Prior Generalis 30. edidit carmine

*De martyrio SS. Petri & Pauli lib. 6. Fastorum.*

*Epigramma de S. Gregorio Magno Romano Pontifice.*

*Epigramma de Iulio II. Papa.*

*De Innocentio VIII. Papa lib. 1.*

Obiit Mantuæ anno Christi 1616. die 20. Martij sub Leone X. Papa. Eius corpus integrum vsque in hunc diem ibi asseruatur apud *Carmelitas*, in Sacello B. Mariæ de Monte Carmelo, ad sinistram altaris, vbi vidimus anno 1640. mense Augusti. Eius Epitaphia reperies in nostra Bibliotheca vniuersali Carmelitana.

*Baptista Malatesta*, prima Galeatij Malatestæ Pisauri Flaminie Principis filia, & Guidonis Montisfeltrensis Vrbinatum Comitum vxor, scripsit

*Orationem de Martini V. Romani Pontificis ab omnibus optato.*

Floruit anno post Christum natum 1417. sub prænominato Martino V. Papa.

*Baptista Piſcarius*, edidisse Latinè comperio

*De electione Clementis VII. Orationem. Prodiit in 4.*

Floruit anno Domini 1524. sub prædicto Clemente VII. Papa.

*Baptista*, aliis *Bartholomæus Platina*, Lombardus, patriâ Cremonensis, Secretarius, & Bibliothecarius Apostolicus, edidit

*Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Sixtum IV.*

Coloniæ 1529. 1568. 1574. apud Maternum Cholinum in fol. 1593. 1599. 1610. & 1612. in 4. cum annotationibus variorum.

Accesserunt demùm *omnium Pontificum vera effigies*. Francofurti 1615. fol. Germanicè, & antea Monachij 1604. fol. Extant MSS. Florentiæ apud S. Laurentium in Biblioth. Medicea *plutco 65.*

*Orationem ad Pæulum II. Papam de pace Italia componenda, & de bello Turcis inferendo.*

Obiit Romæ anno Christi 1481. sub Sixto IV. Pont. Max.



*Barlaam*, Monachus Græcus, scripsit

*De Primatu Romani Pontificis libros 2. incipiunt, Qui scientiarum Franciscæ, cognitione, &c. Prodierunt studio Ioannis Luydi, & tom. 1. Monarchiæ Melchioris Goldasti à pag. 243. ad 248. Extant MSS. Græcè Viennæ Austriæ in Biblioth. Cæsarea. Prohibentur in Indice Romano, in edicto 14. Nouembris 1609. & 30. Ianuarij 1610.*

Floruit anno Christi 1440. sub Eugenio IV. Pontifice Romano.

*Barnabas Montalbus*, Monachus Ordinis Cisterciensis, scripsit

*De rebus gestis Eugenij III. & Benedicti XII. Rom. Pont. in historia Cisterciensi.*

*Bartholomeus Carrança è Miranda*, Hispanus, Dominicanus, S. Th. Doctor, ac Archiepiscopus 92. Toleranus, edidit

*Summam Conciliorum & Pontificum à S. Petro vsque ad Paulum III. Venetiis anno 1546. ad signum Fidei. Lugduni 1587. in 16. ex Officina Iuntarum, Parisiis 1624. & alibi.*

Obiit Romæ ann. salutis 1576. die 2. Maij, ætatis suæ 72. sub Gregorio XIII. Papa: sepultus est apud Dominicanos S. Mariæ supra Mineruam.

*Bartholomeus de Castro*, Hispanus, Canonicus Burgenfis, edidit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Vrbanum VIII. nomine Ducis Alcala, Oratoris Regis Catholici.*

Vixit & forsan viuit sub S. D. N. Urbano VIII. Romano Pontifice.

*Bartholomeus Dionysius*, natione Italus, edidit suo vulgari idiomate

*Vitas Romanorum Pontificum Platinae, Panuini & Cicarella, easque auxit. Venetiis 1613. in 4.*

Claruit tempore Pontificatus Pauli V.

*Bartholomeus Osa*, natione Italus, patriâ Bergomensis, scripsit

*Historiam Romanorum Pontificum & Imperatorum libris 16. distinctam, sed an prodierit in lucem, hætenus est mihi in obscuro.*

Viuebat anno gratiæ 1340. sub Benedicto XII. Pontifice Maximo.

Bartho



*Bartholomæus Picernus de Monte Arduo*, è Græco in Latinum  
vertit

*Constantini Magni donationis privilegium in Vaticano reper-  
tum*, ut ipse ait ad Iulium II. Papam. Prodiit Coloniae 1635.  
in Fasciculo Ortuini Gratij.

Floruit sub Iulio II. Romano Pontifice.

*Bartholomæus Ruræmundanæ Carthusiæ Prior*, scripsit

*De auctoritate Concilij supra Papam* lib. 1.

Obiit in Carthusia Coloniensi anno Domini 1446. 4. Idus  
Iulij, sub Eugenio IV. Romano Pontifice.

*Bartholomæus Scala*, Orator Florentinorum ad Summum Ponti-  
ficem scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Innocentium VIII. nomine  
Florentinorum*, sub quo floruisse constat.

*Bartholomæus de Spina*, siue *Spinæus*, Pisanus, Ordinis Prædicato-  
rum, Magister sacri Palatii, edidit

*Declarationem de potestate Papæ super coniugijs in gradibus  
lege diuinâ prohibitis*. Extat volumine 4. eius operum Venetiis  
anno 1535. apud Stephanum Sabium edit.

Vixit sub Pontificatu Pauli III. Papæ.

*Bartholomæus Tortolettus*, patriâ Veronensis, S. Theolog. Doctor,  
edidit

*In insigne Gentilium Clementis VIII. Carmen*. Veronæ apud  
Hieronymum Discipulum anno 1596. in 4.

*Bartholomæus Tridentinus*, Historicus, scripsit

*Quorundam sanctorum Romanorum Pontificum vitas*. Legun-  
tur libro suo de Sanctorum vitis.

Quando vixerit, hætenus reperire non potui.

*Bartholomæus Viasius de Vias*, Massiliensis, edidit

*Panegyrim ad S. D. N. Urbanum VIII. Pont. Max.* anno Do-  
mini 1628. carmine.

*Bartholomæus Vgolinus*, è Montescutulo, Italus, Iurisconsultus,  
edidit

*Responsum ad Tractatum septem Theologorum pro causa Vene-  
ta scribentium*, per quod eorum rationes & conclusiones refellun-  
tur. Mogunniæ anno 1606. Typis Albinianis.

Claruit sub Paulo V. Romano Pontifice.



*Bartholomæus* Vrbinas ciuis & Episcopus, Italus, Augustinianus, Theologus, scripsit

*De Romani Pontificis Christi Vicarij auctoritate librum*, ex Antonio Posseuino in *Apparatu sacro v. Pontifex*.

Vixit anno Verbi Incarnati 1410. sub Ioanne XXII. Papa.

*Bartolus Lucanus*, patriâ Vtinenfis, edidit

*Orationem ad Innocentium VIII. Pont. Max.* Prodiit typis Eucharij Argyrij.

*S. Basilius Magnus*, Helenopontanus, Græcus, Episcopus Cæsariæ Cappadocum, Ecclesiæ Doctor, scripsit

*De Constantino Magno Imperatore à S. Syluestro Papa baptizato lib.*

Viuebat anno Christi 370. sub S. Damaso I. Pontifice Maximo.

*Beatus Rhenanus*, Selezeftadiensis, Germanus, edidit

*De Primatu S. Petri Epistolam*, quæ prohibetur vbicumque reperiatur, siue seorsim, siue libro 10. operis ad Fridericum Nauseam ex *Indice Romano*.

*Inuectiuam in Papa Romani usurpationes, seu in Marsilij Patavini pro Ludouico Bauarico Imperatore Romanorum Apologiam, aduersus mendaces historias quorundam, Præfationem Licentij Euangeli Sacerdotis nomine olim publicatam, anno Domini MDXXII. incipit, Cum diligenter meum, &c. Extat tom. 1. Monarchiæ prohibita, Melchioris Goldasti Caluinistæ à pag. 647. ad 653.*

Vixit anno Christi 1522. sub Hadriano VI. Romano Pontifice.

*S. Bedæ* cognomento *Venerabilis*, Anglus, Benedictinus, scripsit

*De rebus gestis S. Gregorij Magni Papæ, in historia Anglicana lib. 2. cap. 1.*

Obiit anno gratiæ 762. alijs 766. die 26. Maij sub Paulo I. Romano Pontifice, sepultus est apud Benedictinos Durnelmenses.

*De Benedicti XII. alijs XIII. schismate tractatus, eiusdem schismatis processus, allegationes iuris, &c. tom. 7. fol. Item eiusdem schismatis acta diuersa. Hæc extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.*

*Benedictus,*



*Benedictus*, Abbas Massiliensis, scripsisse comperio

*De fide Catholica & potestate Ecclesie librum*, qui asseruatur M.S. Venetiis in Bibliotheca Cardinalis Bessarionis apud S. Marcum, & Patauij in illa S. Ioannis in Viridario.

Quando vixerit, haecenus est mihi ignotum.

*Benedictus Gononius*, Burgensis, Sebusianus, Monachus, Cœlestinus Lugdunensis, edidit

*S. Cœlestini V. Papæ vitam*. Legitur in *vitis Patrum Occidentis*, Lugduni apud Laurentium Durand folio editis.

*S. Gelasij I. Papæ vitam*. Legi apud tomum 2. nondum editum, sed ad umbilicum perductum, singulari erga nos amicitia.

Viuit Lugduni hoc anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Benedictus Iustinianus*, Italus, S.I. Theologus, edidit

*Orationem habitam in funere Innocentij IX. Pontificis Maximi anno 1592. 6. Idus Ianuarij.*

Claruit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

*Beneuentus de sancto Georgio*, Italus, Orator Romanus Marchionis Montisferrati, edidit

*Orationem obedientialem Alexandro VI. Pontifici Maximo nomine dicti Marchionis dictam.*

*Benignus*, aliis *Bartholomæus Milletot*, Burgundus, Confiliarius Parlamenti Diuionensis, edidit Gallicè,

*Tractatum de delicto communi & casu privilegiato, vel de legitima Iudicum secularium potestate in personas Ecclesiasticas. Prohibetur in Indice Romano in Decreto 3. Iulij 1623. Extat Latinè tom. 3. Monarchia prohibita, Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 774. vsque ad 797.*

Obiit Diuione sub Pontificatu S. D. N. Urbani VIII. Papæ.

*Benno*, Pseudo-Cardinalis, natione Germanus, venenoso calamo scripsit

*Gregorij VII. Pontificis Maximi vitam*. Prohibetur in *Indice Romano*. Viuebat sub Victore III. Papa.

*Berardus*, Monachus Cœlestinus, S. Petri Cœlestini discipulus, scripsit cum tribus alijs suis confratribus, de quibus suo loco inferius,

De



*De rebus gestis S. Cælestini V. Pontificis Maximi librum.* Ex-  
tat M S. apud Cl. V. Gabrielem Naudæum Parisinum, mihi  
amicissimum, ut ab eo viuæ vocis oraculo accepi.

Claruit sub Bonifacio VIII. Romano Pontifice.

*Bernaldus*, quis & qualis sit iste Auctor, altum est silentium apud  
Auctores, scripsisse tamen compertum habeo

*Apologiam pro Gregorio VII. Pontifice Maximo.*

*Bernardinus Caruaial*, Hispanus, Episcopus Carthaginensis,  
ac S.R.E. Presbyter Cardinalis & Episcopus Ostiensis, scripsit  
*Orationem ad Eminentiss. Cardinales de eligendo Pontifice,*  
*Innocentio VIII. demortuo Romæ anno 1492. habitam in Basili-*  
*ca S. Petri, & ibidem excusam 1492.*

*Orationem alteram ad Sixtum IV. & Cardinalium collegium*  
*in Sacello Pontificio habitam.*

Obiit Romæ anno Christi 1523. 17. Calendas Ianuarij sub  
Hadriano VI. Romano Pontifice, sepultus est in Basilica Mo-  
nachorum Bernardinorum S. Crucis in Hierusalem cum Epi-  
taphio in nostra Bibliotheca Cardinalitia relato.

*Bernardinus Iobinus*, natione Germanus, edidit Latinè & Ger-  
manicè,

*Pontificum aliquot Icones, cum breui eorum vita descriptione.*  
Argentorati in fol.

*Bernardinus Iustinianus*, Venetus, Orator Reipublicæ Venetæ,  
edidit

*Orationem habitam Romæ nomine Venetorum ad Sixtum IV.*  
*Pontificem Romanum.* Prodiit Venetiis anno 1495. in fol. cum  
aliis eiusdem orationibus.

*Alteram ad Paulum II.*

Floruit sub Sixto IV. Papa.

*Bernardinus Lonati*, vel *de Lunate*, Papiensis, Lombardus, S.R.E.  
Diaconus Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis, & Legatus à  
Latere, scripsit

*Prognosticon ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem.* Ex-  
tabat M S. in Bibliotheca Cardinalis Sirleti ex Rupipozæo  
*in Nomenclatura Cardinalium, & Florauante Martinello Addi-*  
*tionibus ad Ciaconium.*

Obiit Romæ anno Domini 1497. 6. Idus Augusti sub Ale-  
xandro



xandro VI. sepultus est in Ecclesia Augustinianorum S. Mariae de Populo cum Epitaphio alibi relato.

*Bernardinus Rosergius*, vel *de Rosergio*, Gallus, ex Canonico Regulari Archiepiscopus Tolotanus, scripsit

*De potestate Cardinalium tractatum*. Extat in Bibliotheca Scoriaci Regis Catholici, & in illa Cardinalis Sirleti postea Afcanij Columnæ.

Vixit anno Christi 1460. sub Pio II. Romano Pontifice.

*Bernardinus Rutilius*, natione Italus, Iurifconsultus, scripsit

*Pro Pontifice Romano Clemente VII. ad Carolum Imperatorem Augustum Orationes tres*, Romæ ad 7. Calendas Augusti 1536. apud Antonium Bladum Asulanum excusas.

*S. Bernardus Abbas* 1. Claræuallensis, Burgundus, patriâ Fontanus apud Æduos, Diuionensis Ecclesiæ Doctor, scripsit

*Homilias de S. Petro Apostolo.*

*Homiliam de S. Clemente I. Papa & Martyre.*

*S. Melchiadis Papa vitam*. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti vol. 363. num. 2.

*Epistolas de iuribus Imperij & Sacerdotij ad Lotharium Imperatorem, & Conradum Regem Romanorum*. Extant inter Epistolas S. Bernardi, & tom. 2. *Monarchia*, Melchioris Goldasti Calvinistæ pag. 66. 67. & 68.

*Libros 5. de consideratione ad Eugen. III. Papam*. Extant MSS. in Biblioth. Cisterciensi, Patavij in illa Ecclesiæ Cathedralis, ibidem in illa S. Ioannis in Viridario, ibidem in illa S. Antonij, ibidem in illa Augustinianorum, Oxoniæ in Bibliotheca Collegij Balliolensis vol. 131. & 149. Merton. 237. Cantabrigiæ in illa S. Petri vol. 197. Bened. 363. in Archiuis Collegij Caij 207. Priuat. in Bibl. Lunl. 50. Florentiæ in Bibliotheca Medicæa pluteo 16. Romæ in Vaticano. Extant inter eius opera Parisiis & alibi edita, etiam tom. 2. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calvinistæ.

Obiit Claraualle anno Domini 1153. die 20. Augusti ætatis suæ 63. sub Anastasio I. V. summo Pontifice.

*Bernardus de Castro S. Vincentij*, Italus, Ordinis Prædicatorum, scripsit



*Annales summorum Pontificum & Imperatorum à S. Petro usque ad Ioannem XXII.* Ex Leandro Alberto Bononienfi libro 4.

Floruit anno Incarnationis 1316. sub Præfato Ioanne Papa.

*Bernardus Guidonis*, Lemouicensis, Aquitanus, Ordinis Prædicatorum, ex Inquisitore Tolosano Episcopus Lodeuensis, scripsit

*Chronicon Romanorum Pontificum.* Asseruat in Romæ in Bibliotheca Baroniana, vbi vidi beneficio R. P. Oderici Raynaldi Presbyteri Congregationis Oratorij de Vrbe, Tolosæ in Bibliotheca Fluxiensi, Patauij in illa S. Iustinæ in folio, Matiscone in illa D. de Chandon Canonici, Claromonte in Aruernia in illa Carmelitarum Excalceatorum, Romæ in illa Cardinalis Barberini, & alibi. Cl. V. Franciscus Bosquetus quasdam vitas Romanorum Pontificum è Gallia oriundorum ex *Manuscripto Fluxiensi*, Parisiis 1632. in 8. edidit.

Claruit tempore Pontificatus Ioannis XXII. Papæ.

*Bernardus Naugerius*, Senator Venetus, apud Franciscum II. Galliæ Regem, & Paulum IV. Papam Legatus, Episcopus Veronensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis, & Concilij Tridentini Legatus, scripsit Italico idiomate

*Relationem de re ditu legationis suæ Romanæ.* Extat M. S. Patauij in Bibliotheca Nicolai Treuisani, ex *Bibliothecis Patauinis* Iacobi Philippi Tomasini pag. 112.

Obiit Veronæ anno Christi 1565. Pridie Calend. Iunij, & in Ecclesia Cathedrali sepultus cum breui Epitaphio.

*Bernardus Paxillus*, natione Polonus, Dominicanus, Theologus, scripsit

*De Primatu Romani Pontificis*, ex Simone Starouolsco libro de *Centum illustribus Polonia scriptoribus*, Venetiis apud hæredes Damiani Zenarij anno 1627. in 4. edito.

*Bertramus*, natione Gallus, Ordinis Prædicatorum, Episcopus Thefelicensis, & Suffraganeus Metensis, scripsit

*Traçtatum de schismate Urbani VI. & Clementis VII. Pseudo-pontificis.*

Obiit anno Domini 1383. 13. Calendas Februarij, sepultus Confluen



Confluentiæ apud Dominicanos sub Urbano VI. Pontifice Romano.

*Bertrandus de Cura*, S. R. E. Cardinalis Episcopus Tusculanus, ut colligo ex eius operibus editis, tamen deest apud Ciaconium, scripsit

*De S. Petro Apostolo Sermones tres*. Leguntur inter eius *Sermones de Sanctis*, Argentinæ anno 1502. Latinè editos.

*Bertrandus Lagerius de Figiaco*, non verò de *Chanaco*, vel *Cani-liaco*, Gallus, Ordinis Minorum, Theologus, Episcopus Glan-datenfis, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Priscæ, postea Epi-scopus Ostiensis & Veliternus, tandem in Hispaniam à Gre-gorio XI. ablegatus, scripsit

*De schismate contra sui temporis hæreses librum*, seu *schismate Urbani VI. & Clementis VII. Pseudopontificis*.

Obiit Auenione anno Domini 1392. 6. Idus Nouembris, sepultus in Ecclesia Minorum.

*Blasius Casenas*, natione Italus, Rituum Pontificij Sacelli Ma-gister, scripsit

*Diaria Pontificia*, Romæ MSS. in Vaticana Bibliotheca asseruata.

*Bonifacius VIII. Papa.* consule *librum primum huius Bibliothecæ v. B.*

*Bonifacij IX. Diarium.* Extat MS. Romæ in Bibliotheca Bar-berina.

*S. Bonifacius Quiritinus*, Legatus Apostolicus in Scotia, scripsit

*De prerogatiua S. Petri Apostoli librum*, ex Thoma Dempste-ro lib. 2. *historia Gentis Scotorum*.

Vixit sub S. Gregorio Magno Romano Pontifice.

*Bonifacius Simoneta*, Mediolanensis, Abbas Coruu Ordinis Ci-sterciensis, dicecësis Placentinæ, edidit

*Historiam Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Inno-centium VIII. unâ cum commentarijs persecutionum Christiano-rum*. Vidi MS. in Bibliotheca Cisterciensi. Prodiit Medio-lani anno 1492. apud M. Antonium Zarotum Parmenium.

Vixit sub prædicto Innocentio Papa.

*Boninus de Boninis*, Italus, scripsisse comperio

*De Papatu libros 4.*



*Boninus Mombritius*, Mediolanensis, scripsit

*SS. Romanorum Pontificum Confessorum & Martyrum vitas.*

*Leguntur in suis Sanctorum vitis.*

*Boso*, natione Anglus, Benedictinus, ex Scriptore Apostolico S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Pudentianæ, ac Legatus in Lusitania, Hadriani IV. nepos, scripsit

*Hadriani IV. Romani Pontificis vitam.*

Obiit Romæ circa annum Christi 1181. sub Lucio III. Papa, ibidemque sepultus.

## C.



*ÆLIUS CALCAGNIVS*, Italus, Ducum Ferrariensium Orator Romanus, edidit

*Orationes duas ad Leonem X. Papam, pro Alphonso I. Duce Ferraria tertio.*

*Orationem ad eundem Papam pro Hercule II. Duce Ferraria quarto.*

*Orationem pro Oratoribus Faentinis ad Romanum Pontificem.*

*Orationem ad Iulium II. Papam, pro Alphonso I. Duce Ferraria tertio.*

Vixit sub Leone X. Summo Pontifice.

*Cæsar Baronius*, Soranus, Italus, ex Presbytero Congregationis Oratorij de Vrbe, S.R.E. Presbyter Cardinalis, & Bibliothecarius, scripsit

*De Romanis Pontificibus, à S. Petro videlicet usque ad Cælestinum III. in suis Annalibus Ecclesiasticis. Quorum continuationem parat Romæ super propriis scriptis R. P. Odericus Raynaldi Presbyter eiusdem Congregationis, pietate & doctrinâ insignis, cuius beneficio vidimus anno 1640.*

*Parænesim ad Rempublicam Venetam.*

Obiit Romæ anno Domini 1607. pridie Calend. Iulij sub Paulo V. Papæ: sepultus est in Æde S. Mariæ de Vallicella cum Epitaphio marmoreo, ei & Francisco Mariæ Taurusio Cardinali, communi.

*Cæsar*



*Cæsar Becillus* Vrbinas, Italus, Presbyter Congregationis Oratorij de Vrbe, edidit

*Annotationes marginales in Giacconum, & collationes Giacconiana historia cum Baroniana, suppresso tamen nomine.*

*Acta S. Caij Papæ & Martyris*, quibus suas adiecit *Notas* ad historię cognitionem apprimè necessarias. Romæ 1628. Urbano VIII. Meditabatur opera sequentia *ex Apibus Urbanis Leonis*,

*Vita Romanorum Pontificum cum perpetuis Notis.*

*Historia Ecclesiastica Baroniana continuatio.*

Viuebat Romæ anno 1633. sub Urbano VIII. Papa.

*Cæsar Grolerius*, Lugdunensis, scripsit

*Historiam expugnata & direpta vrbis Roma per exercitum Caroli V. Imperatoris die 6. Maij 1527. Clemente VII.*

*Francisci I. Regis Christianissimi epistolam ad Clementem VII. Pontificem.*

*Cardinalium Eboracensis, de Borbonio, de Salnatis, de Lotharingia, & Senonensis epistolam ad Clementem VII. Pontificem.*

*Capitulationem inter sanctitatem D. N. Papæ, & Agentes Maiestatis Cæsareæ, in nomine Dei, à die 5. Junij 1527. Italicè. Hæc prodierunt Parisiis anno 1637. in 4. Latinè apud Sebastianum Cramoisy, curâ Cl. V. Nicolai Camuzati Thesaurarij Ecclesiæ Trecensis, vt nos monuit per epistolam.*

Viuebat Romæ anno 1527. vt colligitur ex eius opere.

*Cæsar Nuptius*, scripsisse comperio

*De Pontificis Maximi electione, & de officio optimi Prælati Tractatum.* Extat MS. Pisauri in Biblioth. Serenissimi Ducis.

*Cæsar Petrus Michaël Delphinus*, Parmensis, Theologus, edidit

*De summo Romani Pontificis Principatu, & de proportione Papæ ad Concilium librum.* Venetiis anno 1573.

Claruit sub Gregorio XIII. Pontifice Maximo anno salutis 1573.

*Caij Papæ vita.* Extat in *Menologio* Græcorum Romæ MS. in Bibliotheca Barberina asseruato, die 18. Decembris.

*Caius Batus*, Italus, scripsit *ex Apparatu sacro* Antonij Posseuini *Hadriani VI. Romani Pontificis vitam.*

Vixit sub Clemente VII. Summo Pontifice.



*Caius Sylvanus*, edidit

*De Pontificatu Clementis VII. Panegyrim primam.*

*In statuam Leonis X. Romani Pontificis Syluam.* Romæ 1524.

Claruit sub Leone X. Papa.

*Calixti III. Papæ Conclauæ, creatio, & Diaria*, MSS. Romæ  
in Bibliotheca Barberina.

*Callya Carion*, edidit

*Apologiam pro S. Gregorio Magno Papa.* Prodiit anno 1603.  
in 8.

Vixit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Camillus Peregrinus*, Italus, vtriusque Signaturæ Referendarius,  
edidit Latinè & Italicè

*Vitas summorum Pontificum à S. Petro vsque ad Clemen-  
tem VIII.* simul cum eorundem effigiibus. Romæ apud Hie-  
ronymum Franzinum anno 1596. Quibus addidit *Leges de  
electione summi Pontificis.*

Floruit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

*Camillus Portius*, Italus, edidit

*De bello Innocentij VIII. Vrbeque à Calabrum Duce obsessæ  
libros 3.* Romæ editos.

*Cannachius Rosius*, Nauplius, Collegij Romani Græcorum  
Alūmnus, edidit

*In Columnam & Sacellum Pauli V. Rom. Pont. Carmina Græ-  
co-Latina,* quæ leguntur apud Abrahamum Bzouium in Pon-  
tifice Romano.

Floruit Romæ sub Paulo V. Papa.

*Capitula Cardinalis Camerarij cum stipendiarijs*, MSS. in Biblio-  
theca Vaticana, asseruata

*S. Carolus Borromeus*, Mediolanensis Nobilis & Archiepiscopus  
125. deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis, scri-  
psit inter alia

*Modum visitandi Basilicam S. Petri Apostolorum Principis  
de Vrbe.*

Obiit Mediolani anno Christi 1584. die 3. Nouembris,  
ætatis 47. horâ 3. noctis inter Sabbathum & Dominicam sub  
Gregorio XIII. Papa. Refertur in numero Sanctorum à Pau-  
lo V. anno 1610.

*Carolus*



*Carolus Gonzaga Cleuius*, Dux Niuernensium & Rhetelensium, par Franciæ, Companiæque Prorex, ac Henrici IV. Galliarum & Nauarræ Regis Christianissimi Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Roma ad Paulum V. Papam, nomine Henrici Magni Regis Christianissimi anno 1608.*

Obiit sub S.D.N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Carolus Hemard*, Gallus, Episcopus 68. Matifconensis, & 67. Ambianensis, Orator Regius ad summum Pontificem, deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Matthæi, scripsit

*De legationibus suis librum.*

Obiit Ambiani anno 1540. die 23. Augusti. Iacet in Cathedrali, eius Epitaphium habes *in nostra Bibliotheca Cardinalitia, & Vniuersali Gallicana.*

*Carolus V.* Imperator, Belga, patriâ Gandauenfis, edidit

*Ad duo Clementis VII. Romani Pontificis Breuia, Responsum, quâ ab ipso Pontifice appellat, petitque Generalis Christianorum omnium Concilij congregationem. Adiunctæ sunt etiam ipsius Clementis litteræ.*

*Epistolam Caroli V. ad collegium Cardinalium, quâ petit, vt negante, seu differente Pontifice Generalis Concilij indiétionem, ipsi indicant.*

*Instrumentum presentationis litterarum Cesaris ad Pontificem Maximum, & Cardinales, ipsi in Vrbe facta.*

*Pro Carolo V. ad ea, quæ per Oratores Clementis VII. Pontificis Maximi, & Francisci I. Regis Christianissimi, & Venetorum ad generalem pacem componendam nuper proposita fuerunt, Responsum. Basileæ apud Cratandrum.*

Obiit anno Domini 1558. 11. Kal. Octobris in Monasterio S. Iusti Ordinis Heremitarum D. Hieronymi. Eius Epitaphia habes *in nostra Bibliotheca Cesareo-Regia parata.*

*Carolus Sigonius*, Mutinensis, Italus, scripsit

*De S. Gregorio Magno Papa lib. I. de Regno Italia, & de alijs Romanis Pontificibus.*

*Elogia Innocenti VII. & Iulij II. Romanorum Pontificum antea Episcoporum Bononiensium, lib. de Episcopis Bononiensibus, Gabrieli Paleoto Cardinali dicato.*

Obiit



Obiit Bononiæ anno Christi 1584. sub Gregorio XIII. Papa.

*Cataldixus Boncompagnius de Visso*, edidit

*De translatione Concilij Basiliensis* librum. Extat inter *tractatus iuris* tom. 13. fol. 15. Venetiis postremò impressos.

*Celsus Mansinus*, Rauennas, ex Canonico Regulari Lateranensi Episcopus Alexani in Apulia, edidit

*De potestate Romani Pontificis & Principum* lib. Romæ apud Guilielmum Facciottum anno 1596.

Viuebat sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Censurarum Pauli V. in Rempublicam Venetam libri omnes & scriptura.* Prohibentur in edicto 22. Octobris 1606.

*Centius Sabellus*, S. R. E. Camerarius, postea *Honorius III.* Papa. Consule librum 1. v. *Honorius III.*

*Ceremoniale summorum Pontificum.* Afferuatur MS. Pisauri in Bibliotheca Serenissimi Ducis.

*Christianissimi Regis Caroli VI. cognomento Beneamati epistola* iustificatiua subtractionum fractarum à Petro de Luna: non obstante obedientia suo prædecessori, & sibi quandoque præstita. Extat tom. 2. *Monarchie*, Melchioris Goldasti *Caluinistæ* pag. 1506. & 1507.

*Chrysostomus Henriques*, Hispanus, Monachus & Ordinis Cisterciensis, edidit

*Eugenij III. & Benedicti XII. Romanorum Pontificum Ordinis Cisterciensis vitas* in Fasciculo Sanctorum dicti Ordinis.

Obiit circa annum Domini 1633. sub Urbano VIII. Pontifice Maximo.

*Christianus Berchtoldus*, Germanus, edidit suo vulgari idiomate

*Historiam Romanorum Pontificum.* Gorlicij anno 1580. in 8. Floruit sub Gregorio XIII. Pontifice Maximo.

*Christophorus Besoldus*, natione Germanus, edidit

*Romanorum Pontificum seriem & vitas.* Argentorati anno 1633. in 12. apud hæredes Zetzneri. Varia eius opera in *Indice Romano*, idcirco cautè legendus est.

*Christophorus Marcellus*, Patricius Venetus, Archiepiscopus Corcyrensis, edidit

*Orationes*



*Orationes de auctoritate summi Pontificis aduersus impia dogmata Martini Lutheri.* Florentiæ anno 1521. apud hæredes Philippi Iuntæ.

Vixit sub Hadriano VI. Romano Pontifice.

*Christophorus Rotiniacus Cosagaus*, Præses & Consiliarius Regis Christianissimi, edidit

*De re sacerdotali, seu Pontificia commentationem libris 4. exarata.* Parisiis anno 1557. apud Pontium le Preux.

Floruit sub Paulo I V. Romano Pontifice.

*Christophorus Seyniarmayn*, aliis *de Sancto Germano*, Anglus, scripsit

*De utraque potestate Dialogum.*

*Concilia Romanorum Pontificum.*

Obiit Londini anno Domini 1539. sub Paulo III. Papa.

*Christophorus Sarceuicius Masouita*, Polonus, Canonicus Cracouiensis, scripsit

*Encomium S. Gregorij Magni Papæ.* Legitur in suis *Excomijs*, quatuor Doctorum Ecclesiæ.

*De Christi fide & Petri Sede librum*, ex Simone Starouolscio libro de scriptoribus Polonicis.

Vixit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

*Cincionius Comes Philippi II. Hispaniarum Principis Orator Romanus*, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Paulum IV. Pont. Max. nomine Philippi II. Neapolis Regis & Hispaniarum Principis.*

*Claudius de Cantiuncula*, Iurisconsultus, scripsit

*De potestate Papæ, Imperatoris, & Concilij.*

Floruit anno Christi 1537. sub Paulo III. Romano Pontifice.

*Claudius Robertus*, Oniacensis, Sequanus, Societatis Iesu Theologus, edidit Latine

*Clementem IV. hoc est, Librum de eruditione, vite sanctimoniâ, rerum gestarum gloriâ, & pontificatu Clementis IV.* Lugduni apud Ioannem Iulieron 1624. in 12.

Vixit Matrili in Hispania hoc anno 1642. sub Urbano VIII. Papa.

*Claudius Gousteaus*, Iurisconsultus, & Prætor Senensis, scripsit ad Carolum IX. Francorum Regem.



*De potestate regia in Ecclesia Tractatum.* Exrat tom. I. *Monarchia* Melchioris Goldasti Caluinista à pag. 655. vsque ad 673.

Floruit anno Domini 1561. sub Pio IV. Romano Pontifice.  
*Claudius Marius Aretius*, Patricius Syracusanus, edidit  
*Summi Pontificis liberationem.* Venetiis anno 1544.

Floruit sub Paulo III. Romano Pontifice.

*Claudius Martinus Baiardus*, edidit

*De Legato Cardinali à Latere misso Tractatum.*

*De Cardinalatus officio & origine* alterum.

*Claudius Picquetus*, Picquet, Delphinus, Franciscanus, S. Theol. Doctor, scripsit

*Vitam Clementis IV. Papae*, quam possidet MS. Lugduni Emblematum facile Princeps, Rénatus Gros à S. Ioyrio, Eques Michaëlinus, incipit: *Cum alie sint Caesarum leges*, &c. Legi beneficio dicti Equitis mihi amicissimi, de quo in *Clemente IV.*

Floruit sub Paulo V. Romano Pontifice.

*Claudius Rapinus*, Parisiensis, Cœlestinus, scripsit

*Sermonem de S. Cœlestini V. Romani Pontificis translatione.*

Obiit Parisiis anno Christi 1494. sub Alexandro VI. Papa, ut constat ex *historia Cœlestinorum*, quam vidi apud R. P. Benedictum Gononum MS.

*Claudius Robertus*, Lingonensis, Campanus, Canonicus, Maior Archidiaconus, & Vicarius Generalis Cabilonensis, edidit

*Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad Urbanum VIII.* Legitur ante eius opus nunquam satis laudatum, nuncupatum *Gallia Christiana*, Parisiis 1626. fol. apud Sebastianum Cramoisy edita.

Obiit Cabilone in Palatio Episcopali anno Incarnationis 1637. die 16. Maij, circa horam meridianam, sub S. D. N. Urbano VIII. Papa: sepultus est in Ecclesia Cathedrali S. Vincentij propè Cathedram prædicatoriam, absque vlla inscriptione.

*Claudius Rota*, Gallus, Dominicanus Lugdunensis, edidit

*Quorundam sanctorum Romanorum Pontificum vitas*, libro de



*de Sanctorum vitis*, edito Lugduni 1519. cum *historia Lombardica* Iacobi de Voragine, Dominicani, Archiepiscopi Genuensis.

Vixit sub Leone X. Romano Pontifice.

*S. Clementis I. vita*. Extat in *Menologio Græcorum* die 24. Nouembris. Romæ MS. in Bibliotheca Barberina asseruato.

*Clementis V. Conclauæ, & Tractatus* de eiusdem, & Benedicti XIII. schismate. Asseruantur MSS. Romæ in eadem Bibliotheca Barberina.

*Clementis VII. Conclauæ, Diarium & Itineraria*, MSS. Romæ in eadem Bibliotheca Barberina, necnon in Vaticana.

*Clementis VIII. Conclauæ & Diaria* MSS. in Bibliotheca Vaticana, & in illa Eminentissimi Principis Francisci Card. Barberini, Litteratorum Patroni munificentissimi.

*Clementis VIII. Ferrariam petentis & ingredientis Apparatus & forma*. Prohibetur in *Decreto* 12. Decembris 1624.

*Cælestinus V. Papa*. vide *lib. 1. huius Bibliothecæ v. C.*

*Cælestinus Telera*, Sipontinus, Abbas Ordinis Cælestinorum, edidit Latinè

*S. Cælestini V. Pape vitam*, legitur ante opera dicti Cælestini Papæ, quæ prælo mandauit Neapoli anno 1640.

Viuebat anno 1640. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*S. Cellachus*, natione Scorus, Benedictinus, Merciorum Episcopus, scripsit

*De prerogatiua S. Petri Apostoli librum*.

Claruit anno Domini 657. sub S. Vitaliano Romano Pontifice.

*Compendiosa Chronica de gestis Romanorum Pontificum, Regum Francorum & Anglorum*. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti *vol. 367. n. 4.*

*Concilia Generalia & Prouincialia* Seuerini Binij Parisiis 1636. in fol. *tom. 9.* Græco-Latina apud Carolum Morellum edita.

*Conclauia tria*, id est, *tres historia narrationes*, de tribus trium Pontificum Romanorum, nempe Urbani VII. Gregorij XIV. & Clementis VIII. electionibus ex Italico, in quo primùm fuerant *conscriptæ*, sermone in Latinum fideliter *translatæ*. Francofurti typis Palthenij 1617. in 4.



*Concordata* inter Leonem X. Papam, & Franciscum I. Francorum Regem Christianissimum, in 8.

*Concordata nationis Germanica cum sancta Sede Apostolica*, pro ipsius Ecclesiæ vnione, ac pace & tranquillitate inter eandem & nationem prædictam perpetuò confouendis inita, conclusa, & accepta. Coloniae apud Gymnicum 1586. Accessit *Declaratio* Gregorij XIII. Pontificis Maximi. Coloniae 1590.

*Concordia* inter Alexandrum III. & Federicum Imperatorem Venetiis confirmatae *Narratio*. Parisiis in fol.

*Conradus Clingius*, Germanus, edidit

*De Romano Pontifice* lib. 3. *de locis communibus* contra Hæreticos. Eius opera prohibentur in *Indice Romano*, donec expurgentur.

*Conradus à Mure*, Germanus, Cantor & Canonicus Tiguriensis, scripsit

*Romanorum Pontificum & Imperatorum catalogum*.

Vixit anno Christi 1273. sub Gregorio X. Romano Pontifice.

*Conradus Tregarius*, Heluetius, Augustinianus, sacrae Theologiae Doctor, ac Superioris Germaniæ Prouincialis, scripsit ad Fabianum de Montefalcone Episcopum Laufanensem.

*De Ecclesia, Papa & Conciliorum auctoritate librum Argentina excusum*.

Floruit anno Domini 1525. sub Clemente VII. Romano Pontifice.

*Conradus Vegerius*, scripsit Latino sermone

*De Aduentu Hadriani VI. Papæ ad Urbem librum*.

*Orationem funebrem Hadriani VI. Romani Pontificis in Reuerendiss. S. R. E. Cardinalium confessu Romæ habitam*.

Viuebat sub Clemente VII. Summo Pontifice.

*Consistoria*, seu *Diaria Romanorum Pontificum*, MSS. in Vaticano asseruata.

*Constantinus Bellottus*, natione Italus, Monachus Cassinensis, edidit aduersus Cardinalem Baronium.

*Apologeticum monachismi S. Gregorij Magni Papæ*.

Viuebat



Vivebat sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Constantinus Caietanus* Syracusanus, Siculus, Abbas S. Baronti Congregationis Cassinensis S. Benedicti, & Præsidentis Collegij Gregoriani in Vrbe, edidit

*Libros 2.* pro Ioanne Diacono S. R. E. Cardinali, *de S. Gregorij Magni, eiusque discipulorum monachatu Benedictino*, Paridi Londrouio Archiepiscopo Salzburgensi, Salzburgi 1620. in 4.

*Sanctissimi D. N. Gelasij Papæ II. sacri Montis Casini Monachi, ex Caietanis vrbis Caietta Ducibus, Campania Principibus, vitam*, à Pandulpho Pisano eius familiari conscriptam, nunc primùm editam, & *Commentarijs illustratam*, à Domino Constantino Caietano, &c. Romæ ex Officina Typographica Caballina 1638. in 4. Latine. Possideo beneficio Auctoris.

*Acta S. Gregorij Magni Papæ.*

*Acta S. Petri Cælestini V. Papæ.*

*Vitam Bonifacij VIII. Papæ ex eadem familia Caietana, cum Apologia pro eiusdem Bonifacij ingressu ad Pontificatum legitimo, prudenti regimine, & gloriosa morte.*

*De sacrosancta Basilica Vaticana.*

*De erectione Collegij Gregoriani in Vrbe, Epistolam Encyclicam.* Romæ ex Typographia Camera Apostolicæ 1622. in 4.

Vixit Romæ senex hoc anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Constantinus Cominatus*, Achaïæ & Macedoniæ Dux, Philippus Dux Burgundiæ, & alij Maximiliani I. Imperatoris & Caroli Principis Hispaniarum Oratores scripserunt

*Orationes habitas Romæ ad Iulium II. Pont. Max. ex Abrahamo Bzoujo in Pontifice Romano.*

*Constantinus Ebulus*, Theologus, edidit

*Orationem de virtute clauium, & Bulla condemnationis Leonis X. Romani Pontificis contra Lutherum Hæresiarchum.* Prodiit in 4.

Vixit tempore Pontificatus Leonis X.

*Constantinus Magnus*, Imperator Christianissimus, edidit



*Dogma, seu Decretum Regium, scriptum, factum, & traditum sacrae & sanctae Catholicae & Apostolicae Ecclesiae Romanae.* Extat MS. Græcè Romæ in Vaticano, Florentiæ in Bibliotheca San-Laurentiana Medicæ, & Heildebergæ in Germania, & alibi. Reperiuntur verò editæ Constantini Magni & Othonis III. Imperatorum *Donationes* Syluestro Romano Pontifici, & Ecclesiae Romanæ, factæ, Græcè & Latinè cum *Notis*, typis Hottardi Vægelij in 4.

Obiit anno Domini 337. die 21. vel 22. Maij, sub Iulio I. Papa.

*Constantius Cangenus*, Cæsenas, edidit

*Panegyricum Gregorio XIII. Pont. Max.*

*Controuersia Ferrariensis, Responsum iuris feudale*, in causa Serenissimi D. Cæsaris Ducis Ferrariæ contra Clementem VIII. Romanum Pontificem, Francofurti 1606. in 4. sumptibus & typis Ioannis Spießei.

*S. Cornelij Passio*, incipit, *Temporibus Decij Cæsaris Maximi persecutio*, &c. Extat Romæ in Bibliotheca Barberina in *Sanctuario Magno*, MS signato 925. fol. 254. ad diem 18. Kalend. Octobris.

*Cornelius Aurelius Goudanus*, Batauus, Canonicus Regularis S. Augustini, scripsit *ex Athenis Belgicis* Francisci Svvertij

*De S. Cornelio Papa & Martyre.*

Floruit sub Leone X. Romano Pontifice.

*Cornelius Crocus*, Amstelodamus Batauus, S. I. Theologus, edidit

*De Romano Pontifice*, in libro de Ecclesia, Coloniae typis Kymnici, edito.

Obiit Romæ anno salutis 1550. sub Iulio III. Papa, vt puto.

*Cornelius Frangipanus*, edidit Italico sermone.

*Historiam Alexandri III. Pape contra narrationem Baronianam tom. 12. Annalium insertam.* Venetiis in 4.

Vixit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

*Cornelius Luminæus à Marca*, Belga, Monachus Benedictinus Monasterij S. Petri in Monte Blandino, scripsit

*Corollarium Apostolicum, seu Panegyrim sacram, Apostolorum Principibus, adornatam.*

Floruit



Floruit anno Domini 1625. sub S. D. N. Urbano VIII.

Papa.

*Cornelius Musius*, Delphenfis, Batauus, Presbyter & Theologus, edidit

*Hymnum de S. Cornelio Papa & Martyre.*

Martyrio coronatur Lugduni Batauorum anno Domini 1572. die 10. Decembris, sub Gregorio XIII. Romano Pontifice.

*Cosmas Facellius*, Hetruscus, Carmelita Pifanus, scripsit Italicè  
*S. Dionysij Papæ vitam. Legi in suo Nouo Legendario* vitarum Sanctorum & Sanctarum, Beatorum & Beatarum, Ordinis Carmelitarum, asseruato MS. in fol. Pifis in Bibliotheca nostra Carmelitana.

Obiit Pifis anno Christi 1632. die 16. Septembris, sub S. D. N. Urbano VIII. Papa: sepultus est apud suos.

*Cunerus Petrus*, Zelandus, Episcopus Leouardiensis, scripsit  
*De Romano Pontifice*, in vera Christi Ecclesiæ designatione Louanij anno 1568. in 8. Colonia 1567. edita.

Obiit Colonia anno gratiæ 1580. die 15. Februarij, sub Gregorio XIII. Papa.

*Cynus Campanus*, Auximas, Italus, edidit

*Orationem de laudibus Pauli IV. Romani Pontificis.* Prodiit Latinè Colonia Vbiorum apud Ioannem Kinkium ann. 1612. in 4. cum aliis Auctoribus, qui de Paulo IV. scripserunt, sub quo vixisse constat.

*Cyprianus Benetus*, Arragonius, Dominicanus, Theologus, edidit  
*Hortatoriam vehementem Hadriano VI. Papæ ad accelerandum suum iter.* Prodiit in 4.

*De Pontificis Maximi potestate, de Papæ dominio, deque prima Orbis Sede.*

Vixit sub Hadriano VII. summo Pontifice.

*S. Cyprianus*, Carthaginensis Episcopus Græcus, Martyr, scripsit inter alia

*De electione S. Cornelij Papæ in epistola 51.*

*De vnitæ Ecclesiæ librum.*

Martyrij palmam adeptus anno Domini 259. Baronio 261. 18. Calendas Octobris, sub S. Dionysio Papa.

*Cyprianus*



Cyprianus Rudnischus, Ruthenus, Monachus Ordinis S. Basilij,  
& Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

*In Sacellum Paulinum, Carmina Latina, quæ leguntur apud  
Bzouium in Pontifice Romano.*

Vixit Romæ sub Paulo V. Papa.

S. Cyrillus, Episcopus Hierosolymitanus, Græcus, scripsit

*De S. Petro Apostolo, & Simone Mago, Catechesi VI.*

Floruit sub Pontificatu S. Damasi I. Papæ.

S. Cyrillus, Græcus, Constantinopolitanus, Prior Generalis 3.  
Ordinis Carmelitarum, scripsit

*De quindecim Romanis Pontificibus Vaticanis, quæ commenta-  
rijs illustravit Ioachimus Abbas Florentis, Calaber.*

Obit in Monte Carmelo circa annum salutis 1225. die 6.

Martij, sub Honorio III. Pontifice Maximo.

## D.

**D**A M A S V S Episcopus Portuensis, S. Hieronymo æqua-  
lis, scripsit rudi stylo

*Romanorum Pontificum vitas; quæ falsò tribuuntur S. Da-  
maso Papæ, vt diximus lib. 1. huius Bibliothecæ, v. Damasus.*

Claruit sub S. Damaso Papa.

Damianus, Religiosus, Arnoldi Abbatis Niniuensis Ordinis  
Præmonstratensis frater, composuit

*Sanctorum Cornelij & Cypriani Martyrum officium, quod  
adhuc hodie Religiosi Niniuenses per octauam decantant,  
vt testatur Franciscus Svertius in Athenis Belgicis, v. D.*

Floruit sub Alexandro III. Romano Pontifice.

David Bettonus, San-Andreas, Scotus, Orator Iacobi Regis  
Scotorum ad Franciscum I. Regem Christianissimum missus,  
Episcopus Mirapicensis in Gallia, Archiepiscopus San-Andreas  
in Scotia, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis tit.  
S. Stephani in Cælio monte à Paulo III. creatus, scripsit

*De Primatu S. Petri librum, ex Thoma Dempstero lib. 12.*

*historie Gentis Scotorum.*

Martyrium passus est die 8. Maij, anno salutis 1546. furore  
hare



hæreticorum Calvinianorum, sub Paulo III. Papa.

*David Camerarius*, vulgo *Chalmer*, natione Scotus, patriâ Aberdonensis, scripsit Gallicè

*Epitomen Romanorum Pontificum*, &c. librum 1. ex Thoma Dempstero *lib. 3. historia Ecclesiastica Gentis Scotorum. v. C.*

Claruit in Gallia anno Domini 1572. sub Gregorio XIII. Papa.

*David Crinitus*, Nepomucæus, scripsit

*SS. Apostolorum vitas*, quas Germanicè vertit Ioannes Auenarius, Auctor damnatus, anno 1582. in 12.

*David Kineardus*, Scotus, Societatis Iesu Theologus, scripsit

*De capite Ecclesiæ, librum 1.*

Vivebat sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Max.

*Decius Memmolus*, Presbyter Beneventanus, Patritius Arianensis, Pauli V. à secretis ad Principes, & Canonicus Ecclesiæ Liberianæ, edidit Italicè

*De Basilica S. Maria Maioris Dialogum.*

Obiit Romæ anno Domini 1631. 13. Kal. Iulij, ætatis 51. sepultus est in Basilica Liberiana in tumulo marmoreo cum Epitaphio in *in Apibus Urbanis*, Leonis Allatij, relato.

*Decreta sacræ facultatis Theologiæ Parisiensis, de potestate Ecclesiastica, & Primatu Romani Pontificis, contra Sectarios huius seculi.* Extant tom. 2. *Monarchiæ prohibitiæ*, Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 1524. vsque ad 1527.

*Decreta Concilij Turonensis, contra plenitudinem Papalis potestatis in temporalibus.* Habentur tom. 2. *Monarchiæ*, Goldasti Auctoris prohibiti à pag. 1651. ad 1654.

*Decretum Concilij Constantiensis, super futuris Concilijs celebrandis, & prouisione aduersus futura schismata.* Habetur tom. 2. *Monarchiæ*, Goldasti Calvinistæ à pag. 1459. vsque ad 1461.

*Desiderius Erasmus Roterodamus*, scripsit

*De S. Petro*. Varia eius opera, prohibentur in *Indice Romano*.

Obiit Basileæ Heluetiorum anno Christi 1536. 4. Idus Iulij, iam septuagenarius, sub Paulo III. Papa: sepultus est in Cathedrali cum Epitaphio in *Athenis Belgicis Francisci Svertij* relato.

*Dialogus de morte Iulij II. Papa.* Prohibetur in *Indice Romano*.



*Diaria varia Romanorum Pontificum*, MSS. in Vaticano, & in Bibliotheca Barberina.

*Diarium rerum Florentinarum*, MS. in Vaticano.

*Didacus Lupi Galliciae Vicerex*, Gundisalvus Fernardi Archiepiscopus Tarraconensis, Bernardus Caruaial, & Ioannes Methina Episcopus Pacensis, Oratores Romani Ferdinandi Regis Hispaniarum, scripserunt,

*Orationes habitas Romæ ad Alexandrum VI. Rom. Pont. ex Abrahamo Bzouio in Pontifice Romano.*

*Didacus Pacettus*, Emanuelis Lusitaniæ Regis Orator, scripsit *Orationem habitam nomine Regis ad Iulium II. Romanum Pontificem.*

Floruit sub dicto Iulio II. Papa.

*Didacus de Roserio*, Lusitanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, scripsit

*Determinationes quorundam Doctorem de differentia inter Eugenium IV. Romanum Pontificem, & Concilium Basiliense.* Extabant MSS. Romæ in Bibliotheca Cardinalis Ascanij Columnæ.

An sit ille, qui edidit Lusitanicè anno 1563. *vitæ Sanctorum*, nihil explorati habeo.

*S. Dionysius*, Areopagita, cognomento Ionius Atheniensis, Græcus Proto-præsul Parisiensis, scripsit

*De S. Petro*, libro de diuinis nominibus.

Martyr effectus est Parisiis, anno salutis 120. die 9. Octobris, ætatis circiter 110. sub S. Anacleto summo Pontifice.

*Dionysij epistola de morte Apostolorum Petri & Pauli.*

*Dionysius Faber*, Gallus, Prior Cœlestinorum Parisiensium, scripsit tum prosâ, tum versu,

*S. Cælestini V. Romani Pontificis vitam.* Prodiit Parisiis.

Obiit Parisiis anno Domini 1538. sub Paulo III. Papa.

*B. Dionysius de Leenuis*, patriâ Rickelius, Ordinis Carthusianorum, Theologus Diuinus, scripsit

*De auctoritate & officio summi Pontificis, librum I.*

*De potestate & iurisdictione summi Pontificis librum alterum.*

Obiit in Carthusia Ruræmundana anno Christi 1471. die 12. Maij, ætatis suæ 77. sub Paulo I. Papa.

*Dionysius*



*Dionysius Petanius*, Aurelianensis, Societatis Iesu, Theologus, edidit

*De laudibus Urbani VIII. Pontificis Maximi Odas* 2. Leguntur in *sacra Poësia*, Parisiis apud Sebastianum Cramoyssi 1642. edita.

Viuit Parisiis hoc anno 1642. sub Urbano VIII. Papa.

*Dionysius Saluagnius Boësius*, Gratianopolitanus, Delphinus, Eques, & Proto-præses Camerae Computorum Delphinatus, Ludouici XIII. Regis Galliarum & Nauarræ Christianissimi, ad S. D. N. Urbanum VIII. Pont. Max. Orator, edidit

*Orationem obedientialem, quam habuit Romæ in Aula Regia Vaticana ad Urbanum VIII. PP. die 25. Junij 1633. Carolo Crequio Lesdigueriarum Duce, &c. Romæ 1633. in 4. etiam Gratianopoli apud Petrum Verderium 1633. in 4. Parisiis Gallicè 1633. apud Guilielm. Pelé, Interprete D. Pelletier.*

Viuit Gratianopoli hoc anno 1642. sub Pontificatu Urbani VIII. Papæ.

*Dominicus Bannes*, Hispanus, Dominicanus, Theologus Salmantinus, edidit

*Romanorum Pontificum Catalogum.* Legitur ante eius opera *Theologica.*

*De Romano Pontifice*, in secundam secundæ D. Thomæ q. 1. art. 10.

Viuebat sub Gregorio XIII. Romano Pontifice.

*Dominicus Capranica*, Romanus, Episcopus Firmanus, S. R. E. Presbyter Cardinalis, tit. S. Crucis in Hierusalem, Maior Pœnitentiarius, scripsit

*Introductorium de Pontificatu regendo.*

Obit Romæ anno Christi 1458. paulo post obitum Callisti III. Papæ: sepultus in Basilica S. Mariæ super Mineruam, in Sacello S. Catharinæ Virginis marmoreo sepulchro muro affixo, cum insignibus & Epitaphio in *nostra Bibliotheca Cardinalitia*, apposito.

*Dominicus de Dominicis*, aliis *de Monte*, Venetus, Episcopus Torcellanus, deinde Brixientis, scripsit

*Traëtatum de potestate Papæ.* Incipit, *Gessit*, &c. Extat MS. Patauij in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis.



*Tractatum alterum de potestate Papæ & Cardinalium, incipit Mortali. Extat MS. ibidem.*

*De creatione Cardinalium Tractatum, seu Conclusionem, incipit, Quia nonnulli manus Sampsonis, &c. Extat MS. ibidem. Item in Bibliotheca Benedicti Saluatici Medici, & in illa S. Ioannis in Viridario, ex Bibliothecis Patauinis Iacobi Philippi Tomasini.*

*Apparatus, seu Glossas factas ad requisitionem Serenissimi D. Frederici Romanorum Imperatoris, dum esset apud eundem Imperatorem, Orator Apostolicus cum potestate Legati à Latere, incipit, Concedit Papa Frederico Imperatori, & Leonora uxori eius indultum, &c. Extant Patauij MSS. in Bibliotheca S. Ioannis in Viridario.*

*De Concilio & ipsius ac Summi Pontificis potestate Tractatum, incipit, Sapenumero inter doctissimos viros de Summorum Pontificum, & generalium Conciliorum potestate certatum, &c. Extat MS. ibidem.*

*De reformationibus Curia Romana, ad SS. D. Pium II. incipit, Zelus domus tuæ comedit me, &c. MS. ibidem.*

*Expositionem Psalmi centesimi ad propositum regiminis, quod D. Papa seruare debet, & quicumque alius Princeps. Psalmus est, Misericordiam & iudicium cantabo, incipit, Vltimò pro istis reformationibus offero D. N. Papæ. MS. ibidem.*

*Tractatum de electione Cardinalium, incipit, Gratia collationis & inquisitionis pone infra scriptam conclusionem. MS. ibidem.*

Floruit sub Pio II. Pontifice Maximo.

*Dominicus Fontana, natione Italus, professione Architectus, edidit Italicè*

*De translatione Obelisci Vaticani & Fabrica D. N. Papæ Sixti V. sub quo floruit.*

*Dominicus Reccaneus, Anconitanus, Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit*

*In Sacellum Liberianum Pauli V. Papæ, Carmina Græca, quæ leguntur apud Bzouium in Pontifice Romano.*

Floruit Romæ tempore Pontificatus Pauli V.

*Dominicus Tempesta, Romanus, edidit Latinè & Italicè*

*Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad S. D. N. Clementem*



mentem VIII. Romæ apud Hieronymum Franzinum 1597.  
& 1599. in 8. & Leodij 1597. in 8. Typis Henrici Gouij.

Viuebat sub Pontificatu Clementis VIII.

Donatus Bosius, Mediolanensis, edidit

*Elogia Urbani III. & Alexandri V. Romanorum Pontificum, antea Archiepiscoporum Mediolanensium. Leguntur in sua historia Archiepiscoporum Mediolanensium.*

S. Dorotheus, Græcus, Tyri Episcopus, scripsit

*S. Petri vitam, in Synopsi de vitis Apostolorum.*

Vixit sub S. Caio Romano Pontifice.

## E.

**E**DMUNDVS RICHERIVS, natione Campanus, Doctor ac Syndicus Sorbonicus, edidit

*De Ecclesiastica & Politica potestate librum. Parisiis 1611. & tom. 3. Monarchiæ Goldasti Caluinistæ. Prohibetur in Decreto 2. Decembris 1622.*

Vixit Parisiis sub Paulo V. Romano Pontifice.

Egesippus, temporum Apostolorum Vicinus, scripsit sermone simplici

*De rebus gestis S. Petri Apostoli lib. 3. cap. 11. de Excidio Hierosolymitano. Extant tom. 7. Bibliothecæ Patrum edit. 2. & 4. Censentur à Cardinali Bellarmino de Scriptoribus Ecclesiasticis, alterius Egesippi. Item*

*De Summis Pontificibus à S. Petro vsque ad S. Anicetum, in sua historia Ecclesiastica.*

Floruit anno Domini 177. sub S. Sorero Rom. Pont.

Elias de Bordeilles, Petragoricensis, Gallus, Franciscanus, ex Episcopo Petragoricensi Archiepiscopus 91. Turonensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Lucie in Silice, scripsit

*De potestate Papæ Tractatus plures.*

Obiit anno Christi 1483. vel 1484. die 5. Iulij sub Sixto IV.

Papa: sepultus est in sua Cathedrali Turonensi.

Elpis, Itala, vxor Seuerini Boëtij Martyris clarissima, scripsit

*De SS. Petro & Paulo Apostolis Hymnum, quo vitur Ecclesia.*



Claruit sub Ioanne I. Romano Pontifice. Vide quæ dicemus de ea, in nostra Bibliotheca Feminea.

*Elzear Doraizon*, Dominus Dantrages, Prouincialis, aliàs Conſiliarius, & Aduocatus Regius, poſtea ciuis Maſſilienſis, ſcripſit Gallico ſermone

*Summorum Pontificum Catalogum ab Adamo uſque ad Paulum V. Papam.* Vnâ cum tractatu de ſtatu Eccleſiæ Militantis. Lugduni typis Claudij Proſt 1641. in 4.

Vixit ſub Paulo V. Pontifice Maximo.

*Engelbertus*, Monachus Benedictinus, S. Matthiæ Treuirenſis, & Abbas Morellanus, ſcripſit

*Vitam S. Petri Apoſtoli, in ſuis Apoſtolorum vitis.*

Florebat anno Incarnationis Dominicæ 687. ſub Ioanne X V. Papa.

*Enguerrandus Monſtreletus*, Cameraceniſis, Gallo-Belgicus, ſcripſit

*De ceremonijs electionis Ioannis XXIII. Papa, volumine I. hiſtoriæ Gallicanæ, cap. 62.*

Floruit anno Domini 1444. ſub Eugenio IV. Romano Pontifice.

*S. Ephraemus*, Græcus, Archiepiſcopus Cherſonenſis & Martyr, ſcripſit

*De Martyrio S. Clementis I. Papa, & de miraculo factò erga puerum, librum 1.* Extat MS. Auguſtæ Vindelicorum in Bibliotheca publica num. 44. & Meſſanæ in Sicilia.

*S. Epiphanius*, patriâ Phœnicianus, Epicoſopus Salaminus, ſcripſit  
*De S. Petro & Simone Mago, lib. 1. aduerſus hæreſes, hereti 21. per totum.*

Vixit ſub S. Siricio Papa, obiit anno ætatis 115. & menſibus 3.

*Erasmus Eislek*, Polonus, Epicoſopus Ploceniſis, ſcripſit

*Expeditiones ad Leonem X. Papam nomine Regis Poloniæ.* Extant MSS. Heildebergæ in Bibliotheca Palatina, nunc Romæ in Vaticano.

Claruit ſub prædicto Leone X. Romano Pontifice.

*Erasmus Vitellius*, Alexandri Magni Lituaniæ Ducis Orator, ſcripſit

*Orationes*



*Orationem Alexandro IV. Pont. Max. nomine Ducis Lituania dictam, Latine.*

*Alteram Iulio II. Regis Polonia nomine, ex Bzouio in Romano Pontifice.*

*Euagrius Epiphaniensis, cognomento Scholasticus, scripsit*

*De Romanis Pontificibus, in historia Ecclesiastica.*

*Vixit anno Christi 596. sub S. Gregorio Magno Papa.*

*S. Eucherius, Episcopus 20. Lugdunensis, scripsit inter alia*

*De S. Petro Apostolorum Principe Homiliam pereruditam. Legitur inter Homilias, quæ habentur tom. 2. Bibliotheca Patrum.*

*Obit anno Domini 449. ex Chronico Maximi, ubi perperam vocatur Eusebius, sub S. Leone Magno Papa.*

*Eugenij IV. Oratoribus Responsio Synodalis, Basileæ data. Prohibetur in Indice Romano.*

*Eusebius, scripsisse exploratum habeo*

*De Crucis Domini mysterio & Apostolorum, præcipueque Petri constantia, fidei virtute adepta.*

*Eusebius cognomento, Pamphilus, Græcus, Episcopus Cæsareæ in Cappadocia, scripsit Græcè*

*Sermonem in S. Syluestro I. Papam de dogmate & in miracula & medelas Constantini Imperatoris. Extat M S. in Bibliothecis Scoriaci Regis Catholici, & Messanæ in Sicilia.*

*De S. Petro & Simone Mago, libro 2. historia Ecclesiastica, cap. 12.*

*Vixit sub S. Syluestro I. Romano Pontifice.*

*Eustachius Boius, Philippopolitanus, Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit*

*In Sacellum Liberianum Pauli V. Pont. Opt. Max. Carmina Latina, quæ habentur in Pontifice Romano Bzouij.*

*Vixit Romæ sub Paulo V. Papa.*

*Eutropius, Presbyter, Longobardus, scripsit*

*Tractatum de iuribus ac privilegijs Imperatorum in Imperio Romano. Incipit, Priscis temporibus Imperiale decus, &c. Legitur tom. I. Monarchia, Melchioris Goldasti Calvinistæ pag. 8.*

*9. 10. & 11.*

*Claruit anno Domini 900. sub Pontificatu Romani Papæ.*

SANCTVS



## F.

**S**ANCTI FABIANI Papæ *vita*. Legitur in *Menologio Græcorum*, MS. Romæ asseruato in Bibliotheca Barberina, die 5. Augusti.

*Fabianus Strada*, Italus, Societatis Iesu Theologus, edidit *Orationem Latinam, quam habuit Romæ in Basilica Vaticana ad S. R. E. Cardinales in funere Gregorij XV. Pontificis Maximi*. Romæ anno 1623. in 4. typis Alexandri Zanneti.

Vixit sub S. D. N. Urbano VIII. Pontifice ter Maximo. *Fabius Leonida de S. Flora*, Italus, Iuriconsultus, scripsit *In laudem D. Gregorij Magni Poëma Italicum*, ex Leone Alatio in *Apibus Vrbanis*, v. F.

Viuebat anno Christi 1632. sub Urbano VIII. Papa. *Fabius Paulinus*, Vrinensis, edidit *In Sanctissimi ac Beatissimi Patris Clementis VIII. Pont. Opt. Max. ad receptam Ferrariam Augustissimo aduentu Eridanum*. Venetiis anno 1598. in 4.

Claruit sub Clemente VIII. Papa. *Fantinus Valareffus*, Archiepiscopus Cretensis, ac Apostolicae Sedis Legatus, scripsit *De auctoritate Sedis Apostolicæ librum 1. incipit, De Ordine*, &c. Extat MS. Patauij in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis. Claruit anno salutis 1442. sub Eugenio IV. Pontifice Maximo.

*Federicus Albergatus*, Italus, edidit Latine *Orationem habitam Bononiæ 9. Kalend. Augusti 1624. in funebri commemoratione Gregorij XV. Pontificis Maximi*. Bononiæ 1624. in 4.

Viuebat sub S. D. N. Urbano VIII. Papa. *Felix Contelorius Cæsius*, Iuris & S. Theologiæ Doctor, & ex Custode Bibliothecæ Vaticanæ Camerae Apostolicæ Commissarius, edidit

*Vitam Martini V. Papæ*. Romæ anno 1641. in 4. apud Andream Phæum.

*Elenchum*



*Elenchum Eminentissimorum & Reuerendissimorum S. R. E. Cardinalium ab anno 1294. ad annum 1430 ex Bibliotheca Eminentissimi Cardinalis Barberini S. R. E. Vicecancellarij. Romæ 1641. in 4. apud Andream Phæum.*

*Elenchum alterum Eminentiss. ac Reuerendiss. S. R. E. Cardinalium à Martino V. vsque ad hæc tempora.*

*De rebus gestis Alexandri III. Papæ ab anno 1175. vsque ad annum 1178.*

*Notas & animaduersiones ad Fortunati Vlmi libellum de Alexandri III. occulto aduentu Venetijs 1177. Ex quibus prostat liber hoc titulo:*

*Concordia inter Alexandrum III. summum Pontificem, & Fridericum I. Imperatorem Venetijs confirmata narratio ad veritatis scriptum stabilita. Criminationes ab Auctore Actorum Alexandri III. & Chronico Romualdi Archiepiscopi Salernitani depulsa. Cesaris Cardinalis Baronij auctoritas à calumnijs vindicata, ex Notis & animaduersionibus Felicis Contelori, Bibliotheca Vaticana Custodis, ad Fortunati Vlmi libellum, de Alexandri III. occulto aduentu Venetias anno 1178. Parisiis apud Dionysium de la Noüe 1632. in fol.*

*Acta aduersa Hadriani VI. Leonis X. & Clementis VII. Afferuantur MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina, ex relationibus, D. mei Gabriëlis Naudæi Parisini.*

*Viuit Romæ hoc anno 1642. sub Urbano VIII. Papa.*

*Felix à Maida, Hispanus, Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, scripsit*

*Lachrymas S. Petri & Magdalene metricè, ex Francisci Lanouij Parisini Chronico Minimorum.*

*Ferdinandus Carolus, Parmensis, edidit Latine*

*Typum Vaticani templi. Romæ 1621. in fol. expanso.*

*Templum Vaticanum, Ferdinandi Caroli stylo, Martini Feraboschi cælo expressum, volum. 1. sect. 1. Romæ 1622. in folio magno.*

*Campus Vaticanus, vol. 1. sect. 2. cap. 11.*

*Locus, ubi S. Petrus Cruci suffigitur, eiusdem vol. & sect. cap. 9. apud Ioannem Seueranum Presbyterum Oratorij in 1. vol. de septem Urbis Ecclesijs, Italicè edito, vulgata sunt,*

Q9

Templum



*Templum Vaticanum*, tribus ingentibus voluminibus expressum, opus varium, & sacrae omnis eruditionis plenum, ut in Typo Vaticani Templi innuitur.

*Breuiarium actorum Pauli V. Pontificis Maximi.*

*Breuiarium actorum Pauli V. cum Venetis.* Auctor Solfridus Duncarena.

*Bibliotheca Vaticana à B. Petro ad Urbanum VIII. Pontificem Maximum*, seruata ratione temporum.

*Oratio Panegyrica in Decennalia Urbani VIII.*

Claruit anno Domini 1632. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Ferdinandus de Castro Palao*, Legionensis, Hispanus, Societatis Iesu Theologus, edidit

*De Romano Pontifice tractat. 4. de fide, disput. 2. punct. 5. §. 2. & seqq.*

Viuit sub Urbano VIII. Romano Pontifice.

*Ferdinandus Menesius*, Sebastiani Portugalliae & Algarbiorum Regis Orator, edidit

*Orationem, quam habuit Roma in Aula Regia nomine dicti Regis ad Pium V. Papam.*

Vixit sub Pio V. Romano Pontifice.

*Ferdinandus Vellascus*, Ioannis II. Lusitaniae & Algarbiorum Regis Orator, edidit

*Orationem habitam Roma in Aula Regia nomine dicti Regis ad Innocentium VIII. Pontificem Maximum*, sub quo vixit.

*Ferdinandus Vellofillus*, Italus, Episcopus Lucensis, edidit

*Defensionem S. Gregorij Magni*, libro, cui titulus est, *Aduertentia Theologiae Scholastica in B. Chrysostomum, & quatuor Doctores Ecclesiae*, quibus praecipue sacrae tum Scripturae, tum Theologiae disputationes soluntur, ac materiae potissimum saeculo controuersae diligenter pertractantur, praedictique Patres à calumniatoribus eruditissime defenduntur. Venetiis 1601. sub Ecclesiae signo in fol.

*Ferdinandus Vghellus*, Florentinus, Monachus Ordinis Cisterciensis, & Abbas trium Fontium extra muros Romae, edidit

*Additiones ad Ciaconium de Romanis Pontificibus, ac Eminentiſſ. S. R. E. Cardinalibus*, Romae Typis Vaticanis, 1630. in fol.

Cardi



*Cardinalium Elogia, qui in S. R. E. ex Ordine Cisterciensi floruerunt.* Florentiæ apud Falcinum 1624. in fol.

*Romanorum Pontificum, & S. R. E. Cardinalium vitas*, in Epitomen redactas, in quibus præter innumeros Ciaconiani operis errores sublatos, plurimorum Cardinalium nomina, cognomina, patriæ, stemmata, & tituli, creationis, obitusque dies verissimè recensentur, quorum certa apud recentiores Auctores non extat memoria.

Viuit Romæ hoc anno 1642. sub Urbano VIII. Rom. Pont. *Ferius Hilpericus*, natione Germanus, scripsit

*Historiam Leonis III. Papæ, & Caroli Magni Imperatoris*, quæ afferuatur MS. in Bibliotheca Monasterij S. Galli in Heluetia, ex Apparatu sacro Antonij Possëuini.

*Flaminus Ceresola*, Bergomas, Theologiæ, & I. V. Doctor, edidit

*De signis honoris, & cultus, quæ sine Romani Pontificis licentia, viris cum opinione sanctitatis defunctis exhiberi possunt.*

Viuebat Romæ anno Christi 1632. sub Urbano VIII. Papa.

*Flaminus Figliucci*, Cardinalis Petri Aldobrandini familiaris, scripsit

*XII. Cardinales creatos ab Urbano VIII. Pont. Max.* Lyricis versibus laudatos. Romæ apud Mascardum 1626. in 8. Item

*Multorum S. R. E. Card. Elogia*, ex Andrea Victorello Addit. ad Alphonsum Ciaconiũ, & Leone Allatio in *Apibus Urbanis*.

Vixit Romæ anno gratiæ 1631. sub Urbano VIII. Papa.

*Flavius Cherubinus*, Italus, edidit

*Compendium Constitutionum Pontificum Romanorum*, quas P. Laurentius collegerat, & in tres tomos digestas vulgauerat. Romæ Typis Cameralibus 1623. fol. deinde 1638. fol. curâ Angeli Cherubini.

Claruit Romæ sub Urbano VIII. Summo Pontifice.

*Florautes Martinellus*, Romanus, edidit

*Nonnullas in Ciaconum obseruationes*, cum ipsa Ciacono 1630. Romæ Typis Vaticanis edito.

Viuebat Romæ ann. Domini 1632. sub Urbano VIII. Papa.

*Florimundus Remundus*, Valco, Consiliarius Parlamenti Burdegalensis, edidit librum Gallicum prænotatum, multum à Cardinali Baronio laudatum.



*Error popularis de Ioanna Pseudopontifice, dicta Papissa.* Burdegala apud Simonem Millangium 1602. in 8. & Coloniae 1624. in 8. Latine.

Viuebat sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Forma resignationis Papatus Ioannis XXIII. in Concilio Constantiensi.* Extat MS. Oxoniae in Collegio Nouo, post *Tractatum S. Augustini de X. Chordis* vol. 126. n. 5.

*Fortunatus Vlmus*, Italus, Abbas Benedictinus Congregationis Cassinensis, edidit Italicè

*Historiam de occulto aduentu Venetias Alexandri III. Pontificis Maximi.* Venetiis anno 1629. Hanc *Notis & Animaduersionibus* exornauit Cl. V. Felix Contelorius, vt supra diximus.

Viuebat tempore Pontificatus S. D. N. Urbani VIII.

*Franciscus Agricola*, Parochus Rhodingensis in Ducatu Iuliacensi, Theologus, edidit

*De Primatu Petri Apostoli, & successorum eius Romanorum Pontificum, eumque Romae vixisse perpetuo, ex Graecis Latinisque Patribus.* Coloniae anno 1599. & 1605. apud Hermannum Hogberg.

Claruit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

*Franciscus Albertonus*, Italus, edidit Italicè

*De equitatione Gregorij XIV. facta, dum possessionem Pontificiam adeptus est.* Romae 1590.

Vixit sub praedicto Gregorio XIV. Romano Pontifice.

*Franciscus Bencius*, ab Aquapendente, Italus, S. I. Theologus, edidit

*De Gregorio XIII. Pont. Max. Collegij Romani S. I. Fundatore* Elogium.

*Laudationem Gregorij XIII. habitam ab vno eius Discipulo in Aula Gymnasij Gregoriani.* Extat inter eius *Orationes* num. 16.

*Odam ad Gregorium XIII. Pontificem Maximum de translatione S. Gregorij Nazianzeni.*

*Odam alteram in eandem translationem.*

*Odam ad eundem Pontificem de Obstetricibus Aegyptijs.*

*Elogiam ad eundem.*

*Epigramma ad eundem, qui reliquias Sanctorum Abundij*

&



Abundantij transferri iussit in Ædem nouam S. I. ab Alexandro Farnesio Cardinali edificatam.

Epigramma ad eundem, quo die inuisit Ædem S. Hieronymi Illyricorum.

Ad eundem Gregorium Reguli Iapponij.

De Sæcello Exquilino à Sixto V. condito, quod Hieronymus Badesius versu heroico scripsit.

Epigrammata duo ad Sixtum V. de Obelisco Vaticano.

Odam in funere Sixti V. Papa.

Elegiam ad Alexandrum Perretum S. R. E. Cardinalem in translatione Sixti V. Papa.

De Statua Sixti V. Pontificis Maximi ad ipsius sepulchrum.

Epigramma de sepulchris Pij V. & Sixti V. Summorum Pontificum ad præsepe Domini.

Dislicha ad effigies SS. Petri Apostoli, & Gregorij Magni.

Anagrammatissimum Gregorij XIV. Pontificis Maximi. Hæc omnia leguntur inter eius opera Pœtica.

Obiit Romæ in Collegio Gregoriano anno Domini 1594. ætatis suæ 52. sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Franciscus Bocchius, Florentinus, edidit

De laudibus Leonis XI. Pontificis Maximi.

Vixit sub Paulo V. Romano Pontifice.

Franciscus Bosquetus, Narbonensis, Auxitanus I C. Consiliarius Regis in sanctiore Consistorio, nunc apud Augustam Ausciorum Iustitiæ Regiæ Intendens, edidit

Pontificum Romanorum è Gallia oriundorum historiam ex Cod. MS. nunc primùm editam & Notis illustratam. Parisiis 1632. in 8. Typis Sebastiani Cramoisy.

Vitam Innocentij III. Papæ à quodam Anonymo conscriptam, & è Codice Fuxiensi, nunc primùm editam præfixit libris 4. Epistolarum dicti Innocentij, quos in lucem emisit. Tolosæ 1632. in fol.

De Romanis Pontificibus in historia Ecclesiastica.

Viuit hoc anno Domini 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

Franciscus Bozzius, Eugubinus, Congregationis Oratorij de Vrbe Presbyter & Theologus, edidit

Qq 3 De



*De temporali Ecclesia Monarchia*, tom. I. partem primam.  
Romæ typis Aloysij Zanneti 1601. in 4.

*D. Petri vitam.*

Viuebat Romæ anno 1632. sub S. D. N. Urbano VIII.  
Papa.

*Franciscus Bracciolinus*, Pisauensis, Italus, edidit Italicè  
*De electione Urbani VIII. Papa libros* 23. *Argumenta libro-*  
*rum* confecit Iulianus Bracciolinus. De eodem Poëmate *dis-*  
*cursum*, addidit Iulius Rospigliosus. Romæ 1628. in 4.

Claruit Romæ anno Domini 1632. sub Urbano VIII.  
Papa.

*Franciscus Brenius*, Venetus, Episcopus Cæsenas, scripsit

*De auctoritate summi Pontificis, librum* 1.

Claruit anno Christi 1477. sub Sixto I V. Romano Pon-  
tifice.

*Franciscus Cabrera Morales*, Hispanus, edidit

*Continuationem ad historiam Romanorum Pontificum Alphon-*  
*si Ciaconij, nempe à Pio III. vsque ad Clementem VIII.*

Vixit tempore Pontificatus S. D. Clementis VIII. Papæ.

*Franciscus Castalionius*, vulgò *Castalion*, Florentinus, Canonicus  
S. Laurentij, scripsit

*Sermonem de vita S. Marci Papæ.* Extat M S. Florentiæ ex  
*Apparatu sacro.* Antonij Posseuini v. F.

*Franciscus Cauazzonius*, Bononiensis, Italus, edidit

*Tabulam Pontificum & Cardinalium Bononiensium Bononia*  
*excusam, sed multis falsitatibus plenam, vt testatur Ciaconius*  
*in Honorij II. Papæ vitam.*

*Franciscus Contarenus*, Venetorum Orator, edidit

*Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia nomine Respu-*  
*blicæ Venetæ ad Paulum V. Romanum Pontificem.*

Claruit sub S. D. Paulo V. Papa.

*Franciscus Duarenus*, Briocensis, Armoricus, V. I. Doctor ac  
Professor apud Biturigas, edidit

*Aduersus Romanam Aulam pro libertate Ecclesiæ Gallicanæ,*  
*defensionem Parisiensis Curie. Prohibetur in Indice Romano.*

Obiit anno Christi 1559. sub Paulo I V. Romano Pon-  
tifice.

*Franciscus*



*Franciscus Duchesnius*, Andreæ Filius, in suprema Parisiensium Curia Patronus, & Geographus Regius, edidit post mortem Patris

Historiæ Francorum scriptores, vbi varia de *Romanis Pontificibus*, vnâ cum *Epistolis Regum, Pontificum, &c.* Lutetiæ Parisiorum sumptibus Sebastiani Cramoisy, Typographi Regij anno 1641. in fol. tom. 3. & 4.

*Historiam Romanorum Pontificum à Patre editam, habet paratam*, quæ ab omnibus expectatur, sicuti & alij tomi operis illius eximij historiæ Francorum scriptorum.

Viuit hoc anno salutis 1643. sub Urbano VIII. Pontifice Maximo.

*Franciscus Goduvinus*, Anglus, Episcopus Landauenfis, edidit *De Romanis Pontificibus & Cardinalibus Anglia.* Londini 1614. in 4.

*Franciscus Guicciardinus*, Patritius Florentinus, scripsit

*Discursum de origine potestatis secularis in Romana Ecclesia.* Extat tom. 3. *Monarchia*, Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 17. ad 22. Eius *historia Latina* prohibetur.

Obiit Florentiæ anno Domini 1540. sub Paulo III. Papa.

*Franciscus Hallerius*, Hallier, Gallus, Doctor Sorbonicus, edidit *De Romano Pontifice*, in defensione Ecclesiasticæ Hierarchiæ.

Viuit Parisiis hoc anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Franciscus Hareus*, Ultraiectinus, S. Theologiæ Licentiatus, Duacensis, Canonicus Syluæduccensis, Namurensis & Louaniensis, edidit

*De vitis Sanctorum, ex Laurentij Suriij, tom. 7. Compendium, vbi de sanctis Romanis Pontificibus.* Antuerpiæ apud Plantinum, anno 1591. in 8. Colonia apud Arnoldum Quentelium 1605.

Vixit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Franciscus Horantius*, Hispanus, Franciscanus, Theologus, scripsit

*De Romano Pontifice, lib. 6. de locis Catholicis.* Veneriis 1564.

Viuebat sub Pio V. summo Pontifice.

*Franciscus Ioannetus*, Italus, Iuriconsultus Bononiensis, edidit

De



*De Romanis Pontificibus librum.* Bononiæ anno 1570. typis Alexandri Benatij.

*Pij V. Romani Pontificis vitam.* Vidi MS. apud Cl.D. meum Gabrielem Naudæum, incipit, *Huic Pio, cuius gesta, &c.*

Vixit sub Pio V. Romano Pontifice.

*Franciscus Iouerius*, Valentinus, Delphinus, Doctor Parisiensis, edidit

*Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Nicolaum I.* In suis sanctionibus Ecclesiasticis, tam Synodalibus, quàm Pontificiis in tres patres distinctis, Parisiis apud Audoënum Paruum 1555. in fol.

Claruit sub Paulo I V. Pontifice Maximo.

*Franciscus Leuera*, Romanus, edidit

*Vrbana Congregationis per summum Pontificem Vrbano VIII. approbata enucleationem; & ad ipsius amplificationem, additæ eiusdem Congregationis Constitutiones.* Romæ apud Impressores Camerales 1628. in 4.

*Vrbana Congregationis Annales.*

Claruit Romæ anno 1633. sub Vrbano VIII. Papa.

*Franciscus Longus à Corielano*, Italus, Ordinis Capuccinorum, Theologus, edidit

*Romanorum Pontificum Catalogum.* Legitur ante *summam Conciliorum, & in Breuiario Chronologico.*

Vixit sub S.D.N. Vrbano VIII. Papa.

*Franciscus Luxemburgius*, Dux Pinei Henticorum 3. & 4. Regum Christianissimorum Orator, Romanus, edidit

*Orationem habitam Romæ in Aula Regia, nomine Henrici III. Regis Gallie & Polonia ad Sixtum V. Papam.*

*Orationem alteram ibidem habitam nomine Henrici IV. Gallie & Nauarræ Regis ad Clementem VIII. Pontificem Maximum.*

Vixit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

*Franciscus Maria Turrigius*, Romanus, Canonicus S. Nicolai in carcere Tulliano, edidit

*De sacris Grottis Vaticanis.* Viterbij apud Augustinum discipulum anno 1618. in 8. Italicè.

*Diarium Vaticanum.* Romæ apud Facciottum in 1618.

*De sacris Cryptis Vaticanis.*

De



*De Basilica Vaticana.*

*De Eminentissimis S. R. E. scriptoribus Cardinalibus librum.*  
Romæ apud Stephanum Paolinum 1641. in 4.

*Romam iubilantem pro noua electione & coronatione S. D. N. Gregorij XV. Papæ Optimi Maximi Bononiensis, facta in Vaticano 9. & 14. Februarij 1621. In qua fit mentio de familia Ludouiziana à 400. annis vsque ad hæc tempora; de omnibus Pontificibus, qui nomen Gregorij habuerunt, & de omnibus Papis Bononiæ natis. Romæ 1621. in 4. Promittit*

*De Romanis Pontifibus scriptoribus librum.*

Viuuit Romæ sub S. D. N. Urbano VIII. summo Potifice.  
*Franciscus Maria Vialardus*, natione Italus, edidit Italicè

*Innocentij VIII. Romani Pontificis vitam.*

*Bonifacij IX. Romani Pontificis vitam.* Prodierunt Venetijs 1613. fol.

Claruit sub Innocentio VIII. Pontifice Maximo.

*Franciscus Mucantius*, Italus, cæremoniarum Papalium Magister, edidit

*De SS. Apostolorum Petri & Pauli imaginibus libellum.* Romæ apud hæredes Antonij Bladij anno 1573. in 4.

*Diaria Gregorij XIII. Pontificis Maximi, MSS.* Romæ in Vaticano.

Claruit sub prænominato Gregorio XIII. Papa.

*Franciscus Panigarola*, Mediolanensis, Ordinis Minorum, Episcopus Astensis, edidit

*De stationibus à Sixto V. Pontifice Maximo institutis orationem Romæ in Ecclesia S. Sabina Patrum Dominicanorum habitam.*

*De titulo Cardinalium libellum.*

Vixit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

*Franciscus Patricius*, Episcopus Caietanus, Ferdinandi Regis Hispaniarum, Orator Romanus, edidit

*Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia nomine dicti Ferdinandi ad Innocentium VIII. summum Pontificem.* sub quo vixit.

*Franciscus Petrarcha*, Florentinus, Archidiaconus Parmensis, & Canonicus Patavinus, scripsit Italicè

R r

De



*De Romanis Pontificibus & Imperatoribus*, lib. Venetiis anno 1507. Florentiæ 1474. & 1625. 4.

*Epistolas de iuribus Imperij Romani aduersus Papam*. Extant inter eius epistolas, & tom. 11. *Monarchiæ*, Goldastinæ prohibitæ à pag. 1435. vsque ad 1461.

Obiit anno salutis 1374. ætatis suæ 70. sub Gregorio XI. Pontifice Maximo: eius corpus conditum est Arquati in collibus Euganeis in tractu Patauino. Vide *Petrarcham Rediuuum*, Cl. D. mei Iacobi Philippi Tomasini, nunc Episcopi ciuitatis Nouæ in Istria.

*Franciscus Philelphus*, Tolentinus, Italus, Orator Romanus Ducis Mediolanensis, edidit

*Orationem habitam Mantuæ anno 1469. nomine Ducis Mediolani ad Pium II. Romanum Pontificem*. Extat MS. Patauij in Bibliotheca S. Marię de Auentio, quam codicibus variis exornauit Illustriss. ac Reuerendiss. Pater Iacobus Philippus Tomasinus, eiusdem monasterij Canonicus, nunc Episcopus ciuitatis Nouę, cuius beneficio totâ perlustrauimus ann. 1640.

Obiit Bononiæ anno Domini 1481. sub Sixto IV. Pontifice Maximo.

*Franciscus Poggius*, natione Italus, scripsit

*De potestate Papæ & Concilij librum*, ex Antonij Possuini *Apparatu sacro*.

*Franciscus Robertellus*, Italus, scripsit

*Pauli IV. Romani Pontificis vitam*.

*Franciscus Rogerius*, Italus, edidit

*De laudibus Urbani VIII. Pontificis Opt. Max. Carmina*. Romæ typis Alexandri Zanneti 1623. in 4.

*Laudationem S. Gregorij Magni*.

*Laudationem Marcelli I. Papæ*.

Viuebat Romæ anno post Christi natiuitatem 1630. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Franciscus de Romany*, Auenionensis, S. Th. Doctor, Protonotarius Apostolicus, ac Eminentissimi Ludouici Alphonsi Plebsæi Richelæi Cardinalis Eleemosynarius, scripsit

*Urbani V. Pontificis Maximi vitam*.

Viuit hoc anno 1643. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Franciscus*



*Franciscus de Rosieres*, Nobilis Patricius Barroductæus Archidiaconus Tullensis, edidit

*Orationem Panegyricam ad perpetuam memoriam assumptionis S. D. N. Pauli Papa V. ad sanctæ Sedis Apostolicæ culmen & apicem, supremumque Ecclesiæ Romanæ Pontificatum.* Mussiponti anno 1605. in 4. apud Melchiorem Bernardum Senem Lotharingiæ Ducis & Vniuersitatis Typographum.

Vixit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Franciscus Ruiz de Castro, & Andrada*, Comes de Lemos, Prorex Neapolitanus, Philippi III. Hispaniarum Regis Orator Romanus, edidit

*Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia ad Clementem VIII. Papam, nomine Regis Catholici.*

Claruit sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

*Franciscus Rupifucaldius*, vulgò *de la Rochefoucauld*, Aruernus Abbas Tornusianus, S. Genouefæ Parisiensis, & Monasterij S. Ioannis apud Mandubios, deinde Episcopus 84. Claramontanus, & 79. Siluanectensis, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Callisti, magnus Franciæ Eleemosynarius, nec non Regis in sanctiore Consistorio primus Consiliarius, edidit Gallicè

*De Romano Pontifice, & eius auctoritate, lib. de auctoritate Ecclesiæ,* Lugduni apud Ioannem Pillechotte anno 1628. in 8. edito.

Viuit Parisiis in monasterio S. Genouefæ hoc anno 1643. sub S. D. N. Urbano VIII. Pontifice Maximo.

*Franciscus Spharulus*, Camers, Italus, scripsit

*Cæsaris Borgiæ & Alexandri VI. Romani Pontificis gesta.*

Floruit, ut puto, sub dicto Alexandro VI. Papa.

*Franciscus Suaresius*, Auenionensis, Iurisconsultus, Iosephi Mariæ Episcopi Vasionensis Pater, edidit Latinè

*Panegyricum Sixti V. Pontificis Maximi.* Romæ anno 1582. in 4. in Ædibus Populi Romani.

Claruit sub Sixto V. summo Pontifice.

*Franciscus Suares*, Granatensis, Societatis Iesu, S. Th. Professor eximius, edidit

*De Romano Pontifice tractatum.*

R r 2

Vixit



Vixit sub Paulo V. Summo Pontifice.

*Franciscus Suvertius*, Antuerpiensis, scribit  
*Bibliothecam Pontificum, & S. R. E. Cardinalium.*

Credo adhuc eum viuere Antuerpiæ hoc anno 1643. sub  
Vrbano VIII. Summo Pontifice.

*Franciscus Turrianus*, Legionensis, Hispanus, Societatis Iesv  
Theologus, edidit ad Eminentissimum Ioannem Saluiatum  
Cardinalem

*De Summi Pontificis supra Concilium auctoritate libros 3.* Flo-  
rentiæ anno 1559.

*De Ecclesia & Romano Pontifice aduersus cauillationes Antonij  
Sadeclis Heretici libros 3.* Colonia 1580. & Ingoistadij 1581.

Obit Romæ anno Domini 1566. die 25. Decembris, sub  
Pio V. Romano Pontifice.

*Franciscus Vargas*, Hispanus, Theologus, edidit

*De Summi Pontificis auctoritate librum.* Extat inter *Tractatus  
Iuris Venetiis editos, tract. 13. p. 1. fol. 113.* Prodiit etiam sepa-  
ratim ibidem.

Viuebat sub Pio I V. Romano Pontifice.

*Franciscus Veron*, Parisinus, olim Societatis Iesu Theologus, nunc  
verò Professor ac Prædicator Regius in Controuersis,  
edidit

*De Primatu Ecclesiæ, vel eius Hierarchia librum.* Prohibetur  
in Decreto die 22. Ianuarij 1642.

Viuit Parisiis hoc anno 1643. sub Vrbano VIII. Pontifice  
Maximo.

*Franciscus de Victoria*, Hispanus, Ordinis Prædicatorum, Doctör  
ac Professor Salmanticensis, edidit

*De potestate Ecclesiæ ac Summi Pontificis, etiam & Concilij.*

Obit anno Christi 1546. sub Pontificatu Pauli III. Papæ.

*Franciscus Zabarella*, Parauinus, I. V. Doctör, Archiepiscopus  
Florentinus, ac S. R. E. Diaconus Card. tit. SS. Cosmæ & Da-  
miani, scripsit

*De Schismate librum.* Argentorati 1509. Prohibetur in In-  
dice Romano, donec expurgetur.

*Consilium de duorum Pontificum de Papatu contendentium  
causâ.*

Obit



Obiit Constantiæ in Concilio generali die 6. Kalend. No-  
uembris ann. 1417. Patauitum corpus translatum, ibidem in  
Ecclesia Cathedrali sepultum est, cum Epitaphio in Sacello  
B. Virginis, sub marmoreo tumulo.

*Fridericus Nausea Blancampianus*, Germanus, Consiliarius Cæ-  
sareus, & Episcopus Viennensis in Austria, scripsit

*S. Petri Apostolorum Principis vitam.*

*De Concilijs lib. 5. ad Paulum III. Papam.*

Claruit anno Domini 1550. sub Iulio III. Romano Pon-  
tifice.

*Fridericus Staphylus*, Osnaburgensis, Westphalus, Scholæ In-  
goltstadiensis Superintendentens, Theologus, edidit

*De Romano Pontificè in defensione aduersus Illyricum.*

Claruit anno salutis 1576. sub Gregorio XIII. Papa.

*Fronto Ducæus*, Burdegalenis, Vasco, S.I. Theologus, edidit

*S. Gregorij Magni Romani Pontificis vitam.*

Migravit Parisiis anno Domini 1624. die 26. Septembris,  
sub S. D. N. Urbano VIII. Romano Pontifice.

*Fulgentius Manfredus*, Ordinis Minorum Theologus, edidit

*Exceptionem contra citationem per edictum Cardinalium Ro-  
manorum in causa Veneta. Extat tom. 3. Monarchiæ prohibitiæ  
Melchioris Goldasti Calvinistæ.*

Vixit sub Paulo V. Summo Pontifice.

## G.

**G**ABRIEL BIEL, Germanus, Ordinis Clericorum in com-  
muni viuentium, Theologus, scripsit ad Pium II. Papam  
*Defensorium obedientiæ Apostolicæ.*

Floruit anno Domini 1477. sub Sixto IV. Rom. Pont.

*Gabriel Martinus*, Gratianopolitanus, Delphinus, Abbas Clauso-  
næ, edidit Gallicè

*Inscriptionem in falso in librum Marci Vulsonis Calvinistæ de  
auctoritate Summi Pontificis, & libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ.*

Gratianopoli apud Petrum Verderum anno 1640. in 8.

Vixit hoc anno salutis 1642. sub Urbano VIII. Papa.



*Gabriel Naudæus*, *Nandé*, Parisinus, Canonicus Viridunensis, ac Eminentissimi Francisci Cardinalis à Balneo de Bagny à Bibliothecis, postea munificentissimi Principis Cardinalis Antonij Barberini, nunc verò Eminentissimi Cardinalis Iulij de Mazzarini Nobilis Aulicus à litteris, edidit

*Apologiam pro Sylvestro II. & Gregorio VII. Romanis Pontificibus.* Legitur in sua *Apologia*, pro viris illustribus incantationum & magiæ falsò postulatis *cap. 19.* Parisiis apud Franciscum Targam 1625. in 8. Gallicè edita.

*Panegyricum dictum S. P. Urbano VIII. ob beneficia ab ipso Thomæ Campanellæ Dominicanæ collata.* Extat MS. apud Auctorem.

Viuir Parisiis hoc anno 1642. sub Urbano VIII. Pontifice Maximo, cui fausta omnia precamur; sed quia ingenui est animi fateri per quos profeceris, ne sit pudori turpiter in furto deprehendi, palam testor, me multa, viuæ vocis oraculo, consilio, litteris, ac scriptis ab hoc viro Clarissimo accepisse. Viuat igitur ille,

*Quo sine nulla meis quæretur gloria rebus.*

*Gabriel Palæottus*, Bononiensis, ciuis & Archiepiscopus, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Martini in Montibus, postremò Episcopus Sabinus, edidit

*De sacri Consistorij consultationibus,* lib. Venetiis 1594. in 4.

Obiit Romæ anno Christi 1597. 11. Kal. Augusti; eius corpus postea Bononiam delatum, sepulturam accepit in Ecclesia Cathedrali, & in sepulchro, quod sibi viuens paraauerat, conditum, sub Clemente VIII. Papa.

*Gabriel Pennotus*, Canonicus Regularis S. Augusti & Abbas, edidit

*De Romanis Pontificibus Ordinis Canoniorum Regularium.*

*Gabriel Vasquez*, Bellemontanus, Hispanus, S. I. Theologus, edidit

*De Romano Pontifice tractatum.* Legitur in *Commentarijs in tertiam partem D. Thomæ Aquinatis.*

Obiit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo, Compluti anno Domini 1604. die 23. Septembris.

*Gallo Franci ad Philanetum epistola pro libertate status & Reipublica Venetorum.* Extat tom. 3. *Monarchia* Melchioris Goldasti



daſti Calvinistaë à pag. 405. vsque ad 414.

*Garnerus Gallus*, Abbas Ordinis S. Benedicti, Pepino Franco-  
rum Regi charus, scripsit

*Orationem, quam habuit ad Aistulphum Italia Regem, pro pæ-  
ce conciliãda inter Stephanum III. Papam, eundemque Aistulphum  
& Pepinum, cuius erat Orator. Legitur Gallicè in historia Con-  
stantiniana R. P. Ioannis Morini, Blesensis, Presbyteti Con-  
gregationis Oratorij part. 3. cap. 16.*

Vixit sub Stephano III. Romano Pontifice.

*Gaspar Contarenus*, Venerus Senator, Episcopus Bergomensis  
ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis, Bononiæ Le-  
gatus, scripsit

*De potestate Romani Pontificis in usu clauum, Paulo III.  
Papæ,*

*De potestate Romani Pontificis in compositionibus, librum Pau-  
lo III. etiam dicatum.*

Obit Bononiæ anno Domini 1542. sub Paulo III. Papa.  
Iacet in Ecclesia Cathedrali.

*Gaspar Ferdinandus*, Hispanus, patriã Toletanus, S. I. Theolo-  
gus, scripsit

*De statu & officio S.R.E. Cardinalium, lib. 3.*

Decessit Toleti anno Christi 1575. mense Octobri sub  
Gregorio XIII. Rom. Pont.

*Gaspar Gonsalvus*, Hispanus, S. I. Theologus, edidit

*Orationem, quam habuit Romæ ad S. D. Gregorium XIII. Pa-  
pam nomine Francisci Bungi Regis, pro Iaponij Legatis an-  
no 1582. die 23. Martij. Prodiit Romæ 1582.*

Claruit sub Gregorio XIII. Pontifice Maximo.

*Gaspar Odontius*, Germanus, scripsit carmine

*Historiam SS. Petri & Pauli Apostolorum. Altorfij anno  
1584. in 4.*

Vixit sub Gregorio XIII. summo Pontifice.

*Gaspar Scharzigerus*, vel *Schatigerus*, Bavarus, Ordinis Mino-  
norum Theologus, edidit

*De Primatu Pontificis & Ecclesie Romanæ præminentia.*

Floruit anno salutis 1525. sub Clemente VII. Papa.

*Gaspar Schoppius*, vel *Schoppus*, Francus, edidit

*Narratio*



*Narrationem historicam, eorum qua in nuptijs Philippi III. Hispaniarum Regis, cum Margarita Austriaca, item Alberti Austria Archiducis cum Isabella Clara Eugenia Hispaniarum Infante, Ferraria presente Clemente VIII. summo Pontifice celebrante, memorabilia acciderunt, conscripta stylo Gasparis Schoppj Franci. Ingolstadij anno 1599. in 4. typis Andreae Angennarij.*

*De Antichristo in 8. ex Ioannis Molani Bibliotheca materiarum, v. Antichristus.*

*Gaspar de Simeonibus, Aquilanus, Italus, edidit*

*Heroas, in quibus Carmine Heroës nostri æui Principes, singulos integra Panegyri, celebrat. Celebriores sunt, Urbanus VIII. summus Pontifex, Imperator, Reges, alique Principes, & Cardinales.*

*De laudibus S. Gregorij Magni, Protectoris Academia Humoristarum, orationem Italicam.*

*Viuebat Romæ anno Domini 1632. sub Urbano VIII. Papa.*

*Gaspar Veronensis, Italus, scripsit*

*De gestis Pauli II. Chronicon. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina ex relationibus Cl. V. Gabrielis Nudæi, mihi amicissimi, & huius Bibliothecæ primi excogitatoris.*

*Vixit sub Paulo II. Romano Pontifice, ni fallor.*

*Gaspar Vrsinus Velius, aliàs Silesius, Poëta Regius, edidit*

*De Romanis Pontificibus & Imperatoribus. vsque ad annum 1540. Francofurti apud Egenolphum in 8.*

*Claruit sub Paulo III. summo Pontifice.*

*Gennadius Scholaris, Græcus, Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit*

*De Primatu Romana Ecclesia orationem. Extat tom. 4. Bibliothecæ Patrum. Prodiit etiam Dilingæ 1581. in 8. Fabeo Be-neuolentio Senensi Interprete.*

*De Romano Pontifice in defensione Capituli V.*

*Viuebat sub Eugenio IV. Romano Pontifice.*

*Gentilis, Episcopus Aretinus, Orator Florentinorum, edidit*

*Orationem habitam nomine Florentinorum ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem. Parisiis apud Hieronymum de Marnef 1577. in 16.*

*Claruit*



Claruit sub Alexandro VI. Papa.

*Georgius Abbas*, cognomento *Amortolus*, Græcus, scripsit  
*De Romanis Pontificibus*, in historia Ecclesiastica, MS. Græcè, quam eruditissimus Leo Allatius editurus aliquando latinitate donat.

Quando vixerit nihil certi habeo.

*Georgius Blandrata*, Italus, Bonifacij Marchionis Montisferrati Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ, nomine Bonifacij Marchionis Montisferrati ad Alexandrum VI. summum Pontificem.* Sub quo vixisse perhibetur.

*Georgius Duckettus*, edidit

*Carmina in Columnam à Paulo V. Pontifice Maximo à veteri Pacis templo in Exquilinum translata.* Extant in Romano Pontifice Bzouij.

Viuebat Romæ sub Pontificatu S. D. Pauli V. Papæ.

*Georgius Gengerus*, & alij tres Iurisperiti, scripserunt

*Responsa aduersus obiecta Papæ, de Imperatoris electione, rationeque Imperij.* Afferuantur MSS. in Bibliotheca Imperatoris.

*Georgius Lilius*, scripsit Laconicè ex Posseuini *Apparatu sacro, Romanorum Pontificum seriem.* Venetiis apud Michaëlem Tramezinum anno 1548.

Claruit sub Paulo III. Pontifice Maximo.

*Georgius Sauromanus*, Caroli V. Imperatoris Orator, edidit

*Orationem, quam dixit Hadriano VI. Romano Pontifici nomine Caroli V. Imperatoris, Romæ in Aula Regia.*

*Georgius Scherctus*, Suecensis, Germanus, S. I. Theologus, edidit

*In fabulam Papissæ Ioannæ, librum.* Prodiit Germanicè & Italicè.

*Novem Conciones, quòd Pontifex Romanus non sit Antichristus, ut heretici verè Antichristi blasphemant.*

Claruit sub Pontificatu S. D. Pauli V. Papæ.

*Georgius Serra*, Chienensis, Græcus, & Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

*In Sacellum & statuam Pauli V. Pontif. Romani Carmina Græca.*

S s

Viuebat



Viuebat Romæ sub Paulo V. Papa.

*Georgius Steubius*, vel *Steubus*, Germanus, Theologus, edidit  
*Disputationem de summo Pontifice Romano Christi in terris  
Vicario B. Petri successore*. Dilingæ apud Ioannem Mayer 1589.  
in 4.

Claruit sub Sixto V. Pontifice Maximo.

*Georgius VVicelius*, aliis *Vallius*, Germanus, S. Thom. Doctor, &  
Parochus Facchensis, scripsit

*Epitomen Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Pau-  
lum III.* Colonia 1549. 8. typis Quintilianis.

*Adhortatiunculam, vt vocetur Concilium, ad Archiepisco-  
pum Moguntinensem, &c. & priuatim scriptam, anno Domi-  
ni 1532.* Extat tom. 1. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calui-  
nistæ à pag. 653. & 655.

Floruit sub Pontificatu Pauli III. Romani Pontificis.

*Gerardus Iansenius*, Germanus, Theologus, edidit

*De auctoritate Ecclesie & Romani Pontificis tractatus X.* Co-  
loniæ apud Maternum Cholinum anno 1576. in 4.

Claruit sub Gregorio XIII. summo Pontifice.

*Gerardus Magnus*, vulgò *Groot*, Dauentriensis, Doctor Pari-  
siensis, & Aquensis Ecclesie Canonicus, deinde Ordinis fra-  
trum in communi viuientium Institutor, scripsit

*De schismate inter Vrbanum VI. & Clementem VII. Pseudo-  
pontificem, epistolam vnã.*

Obiit anno Domini 1384. die 24. Augusti, sub Urbano VI.  
& sepultus Dauentriæ in Ecclesia B. Mariæ cum Epitaphio  
à Francisco Svertio in *Athenis Belgicis* relato.

*Gerardus Moringus*, Nouiomagus, aliis Bommelanus, Gelder,  
Theologus Louaniensis, ibidem ad S. Gertrudem Pastor,  
deinde ad S. Trudonem in ditione Leodicensi, scripsit

*Vitam Hadriani VI. Pontificis Maximi.* Louanij 1536. apud  
Rutgerum Ruscium in 8.

Obiit Trudonopoli anno salutis 1556. die 9. Octobris, sub  
Paulo IV. Papa.

*Gerardus Vossius*, Eburo, Præpositus Tungrensis, ac S. Th. Do-  
ctor Romanus, edidit ex *Athenis Belgicis* Francisci Svertij

*B. Leonis I. Pont. Max. opera, auxit & illustrauit, sed inedita.*

Hilarij



*Hilarij Papa Acta & Epistolas aliquot.*

*Gesta quadam ac monumenta Gregorij IX. Pontificis Maximi Græcolatina cum scholijs. Romæ apud Bartholomæum Bonfadinum 1587. in 4.*

*Sancti Ioannis Chrysostomi quadam in Apostolorum Principes Petrum & Paulum, eorundemque gloriosissimum Martyrium. Item in 12. simul Apostolos, cum scholijs.*

Decessit Leodij anno Domini 1609. die 25. Martij, sub Paulo V. Papa.

*Geroshus, alius Gersonus, Reichenspergensis, Germanus, scripsit*

*De Henricis IV. & V. Imperatoribus, & Gregorio VII. nonnullisque consequentibus Romanis Pontificibus. Prodiit anno 1611. studio Jacobi Gretseri Cermani, S. I. Theologi celeberrimi.*

*Gervasius Ricobaldus, Ferrariensis, Italus, scripsit*

*Romanorum Pontificum vitas à S. Petro vsque ad Bonifacium VIII.*

Claruit anno virginei partus 1300. sub præfato Bonifacio VIII. Papa.

*Gilbertus Foliothus, Anglus, ex Leicestrensi Abbate S. Augustini Canonorum Regularium Episcopus Herefordensis, deinde Londinensis, scripsit*

*Super executione mandati Alexandri III. Romani Pontificis, librum. Cuius exordium est, Mandatum vestrum Pater.*

*Pro causa Henrici II. ad Alexandrum III. librum 1. incipit, Vestram paternitatem meminisse.*

Obiit anno Domini 1187. sub Gregorio VIII. Romano Pontifice.

*Gilbertus Genebrardus, Aruernus, Benedictinus Mausacensis, Doctor Sorbonicus ac Linguarum Sanctarum & Hebraicarum Professor Regius, Prior Semuriensis, deinde Archiepiscopus Aqueus nominatus, edidit*

*De Romanis Pontificibus, in sua Chronographia, fol. Parisiis edita. Migravit Semuri apud Mandubios anno salutis 1597. die 14. Martij, sub S. D. Clemente VIII. Papa, sepultus est in Choro sui Prioratus cum simplici inscriptione sepulchrali,*



in nostra Bibliotheca Gallicana vniuersali,relata.

*Godofredus Bouffardus*, Cenomanensis, Gallus, Doctor ac Cancellarius Vniuersitatis Parisiensis, scripsit

*Orationem, quam habuit Bononia anno 1505. ad Iulium II. Papam.*

*Gomezus Suares*, Dux Feriæ, ac Villalux Marchio, Orator Philippi III. Hispaniarum & Indiarum Regis, scripsit

*Orationem habitam Romæ in Aula Regia nomine dicti Philippi ad Paulum V. Pontificem Maximum anno salutis 1607.*

*Gondisalvus de Villadiego*, Hispanus, edidit

*De origine & potestate S.R.E. Cardinalium librum. Extat tomo 13. tractatum iuris p. 2.*

*Gonsalvus de Illescas*, Hispanus, Monachus & Abbas S. Fromes, edidit Hispanicè

*Historiam Pontificiam & Catholicam. Salmanticæ 1574 Cesaraugustæ 1583. Brugis in Belgio apud Martinum Victoriam 1589. & Barcinonæ 1606.*

Vixit sub Gregorio XIII Summo Pontifice.

*Gosfridus*, Scotus, edidisse compertum habeo ex Thoma Dempstero lib. 7. de historia Ecclesiastica Gentis Scotorum

*S. Petri Apostolorum Principis historiam*, in sua historia Apostolica.

Claruit sub sancto Gregorio Magno, Pontifice Romano.

*S. Gregorij I. Papæ vita*, incipit, *Gregorius vrbe Romulea, Patre Gordiano editus non solum spectabili Senatorum prosapia, &c.* Extat in Sanctuario MS. Romæ in Bibliotheca Barberina asseruato fol. 125. 4. Idus Martij.

*S. Gregorij item I. Papæ vita.* Extat etiam in Menologio Græcorum MS. ibidem asseruato, die 12. Martij.

*Gregorij XI. Papæ vita*, ab Anonymo conscripta, MS. Romæ in eadem Bibliotheca Barberina.

*Gregorij XII. Papæ Diarium* MS. ibidem.

*Gregorij XIII. Papæ Conclauæ, Diaria & vita* eiusdem ab Anonymo conscripta, MS. ibidem.

*Gregorij XIII. Pontificis Maximi viua imago.* Venetiis apud N. Nolli anno 1572.

*Gregorij*



Gregorij XIV. Papæ Conclauæ & Diaria MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Gregorij XV. Papæ Conclauæ & Diaria MS. ibidem.

Gregorius Archangelus Lesleus, Scotus, Ordinis Capuccinorum Theologus, scripsit

*De potestate Papæ in Principes seculares directæ Tractatus 2.*

Vixit sub S. D. N. Urbano VIII. Pontifice Maximo.

S. Gregorius, Aruernus Episcopus 19. Turonensis, scripsit

*De Romanis Pontificibus in historia Francorum.*

*De rebus gestis S. Gregorij Magni libro 10. Historiarum.*

*S. Petri Apostoli res gestas.*

*De S. Petro Apostolo & Simone Mago lib. 2. Historiarum.*

Obiit Turone anno Domini 595. vel 600. die 17. Nouembris, sub S. Gregorio I. Romano Pontifice.

Gregorius Cortesius, Mutinensis, Ordinis S. Benedicti Monachus Cassinensis & Abbas, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis, scripsit

*Librum, quod S. Petrus Romæ fuerit, Hadriano VI. Venetiis anno 1573. in 4.*

*De potestate Ecclesiastica.*

Obiit Romæ anno salutis 1548. 11. Kalend. Octobris, sub Paulo III. Papa: sepultus est in Basilica sanctorum duodecim Apostolorum ante altare S. Eugenij.

Gregorius Heimburgius, Germanus IC. & Consiliarius Austriacus, scripsit

*Admonitionem de iniustis usurpationibus Paparum Romanorum, ad Imperatorem, Reges & Principes Christianos. Extat tomo 1. Monarchiæ damnatæ Melchioris Goldasti Caluinistæ à pag. 557. vsque ad 563.*

*Scholia in Breue Papa Pij super excommunicatione. Extant tom. 2. Monarchiæ Goldastinæ pag. 1591.*

*Apologiam contra Episcopum Feltrensem, pro iure Principum. Extat tom. 2. Monarchiæ Goldastinæ à pag. 1604. vsque ad 1624.*

*Inuectiuam in Nicolaum Cusanum Cardinalem Papalis plenitudinis defensorem, tom. 2. Monarchiæ Goldastinæ prohibitæ à pag. 1624. vsque 1635.*

Vixit tempore Pontificatus Pij I.



Gregorius Luzianus, Taruifinus, Italus, Ordinis Prædicatorum, scripsit

*Res gestas Benedicti XI. summi Pontificis.*

*De S. Syluestro I. Papa Homiliam.* Extat noua inter *Homilias* in Euangelia.

S. Gregorius Magnus, Papa, scripsit

*Epistolas quasdam ad historiam Pontificiam pertinentes.*

Gregorius, Monachus Benedictinus, S. R. E. Cardinalis, scripsit

*S. Leonis Papa vitam, ex Calzolario in historia Monastica, & Turrigio de Cardinalibus scriptoribus.*

Floruit anno Christi 1144. sub Lucio II. Romano Pontifice.

S. Gregorius Nazianzenus, Episcopus Sasimorum, deinde Nazianzenus, postremò Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit Græcè

*De S. Petro Apostolorum Principe in suo de 12. Apostolis tractatu.*

Obiit anno salutis 390. die 9. Maij, sub Siricio Papa.

Gregorius Ofsolinus, Polonus, Dominus in Ofsolino, Comes de Thenzyn, Thesaurarius Curia Regni Poloniae, Præfectus Bidgostiensis, Ricensis, Adzeliensis, &c. habuit

*Orationem Romæ in Aula Regia Vaticana die 6. Decembris 1633. cum Serenissimi ac Potentissimi Vladislai IV. Regis Poloniae, & Suetiae, electi Magni Moscarum Ducis nomine S. D. N. Urbano VIII. Pont. Max. obedientiam præstaret, à Dominico Roncallio Prothonotario Apostolico sacrae Regia maiestatis Secretario in lucem editam. Romæ apud Franciscum Caballum anno 1633. in 4. Latinè. Vidi MS. Grationopoli apud Cl. V. D. Laigneau.*

Gregorius Polydorus, Pistoriensis, Tuscus, Augustinianus, Theologus, edidit librum, quem inscripsit

*Gregorianum, vbi de quatuordecim Gregorijs Romanis Pontificibus, &c. Florentia apud Michaëlem Angelum Sermartellum anno 1598.*

Viuebat sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

Gregorius Portius, Anconitanus, Italus, edidit

*In Columnam à Paulo V. Pont. Max. ex veteri Pacis templo*



*in Exquilinum translata Carmina. Leguntur in Romano Pontifice Abrahami Bzouij.*

*Vrbano VIII. Pont. Opt. Max. Panegyrim. Romæ apud Iacobum Mascardum 1632. & deinde auctiorem 1633. in 4. Barberinam Elionem. Romæ anno 1634. in 4. Latinè.*

Viuebat Romæ anno Domini 1634. sub Vrbano VIII. Papa.

Gregorius, Presbyter, scripsit

*S. Gregorij Magni Papa vitam, ex Antonio Posseuino in Apparatu sacro.*

Gregorius Sondereiter, Germanus, scripsit Heroico Carmine

*Constantini Magni Imperatoris vitam, vbi de S. Syluestro I. Papa. Extat Latinè MS. Viennæ in Bibliotheca Imperiali.*

Gregorius de Valentia, Methymnensis, Hispanus, S. I. Theologus, edidit

*De Romano Pontifice, in Analyfi fidei, & Commentariis in D. Thomam Aquinatem.*

Obit Neapoli anno Domini 1603. die 25. Aprilis, ætatis 54. sub Papa Clemente VIII.

Gualterus Dissaus, Anglus, Carmelita, Doctor Academia Cantabrigiensis, Vrbani VI. & Bonifacij IX. Legatus à Latere, scripsit

*De schismate Ecclesie inter Vrbantum VI. (vt puto) legitimum Pontificem, & Clementem VII. Pseudopontificem librum 1.*

Migravit Norvvici in Anglia anno Domini 1404. die 21. Ianuarij sub Bonifacio IX. sepultus est in Choro sui Monasterij.

Gualterus Huntus, seu Venantius, Anglus, Carmelita, Doctor Oxoniensis, scripsit aduersus Græcos & Armenos

*De præcellentia S. Petri Apostoli, librum 1. incipit, Petrus Apostolorum Princeps, &c.*

*De Pontificum Iurisdictione, libros 3. Incipiunt, Suprema militantis Ecclesie.*

*De Vniuersali Pontificum dominio, libros 3. ex Ioanne Pitseo de Illustribus Angliæ Scriptoribus.*

Decessit Oxonij anno Christi 1478. die 28. Nouembris, sub Sixto IV. Romano Pontifice.

Gualterus



*Gualterus Mapus*, Anglus, scripsit

*In Papam & Curiam Romanam*, lib. 2. ex Ioanne Balæo Apostata in Catalogo scriptorum Angliæ.

Vivebat anno à partu vigineo 1210. sub Innocentio III. Papa.

*Guarinus*, Veronensis, Italus, scripsit

*Gratulationem ad Nicolaum V. Romanum Pontificem, de eius electione*. Extat M S. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij Lincolniensis.

Claruit sub præfato Nicolao V. Papa.

*Guasparinus*, Bergomensis, Italus, scripsit

*Carmina gratulatoria ad Alexandrum V. Rom. Pont.* Extant M S S. apud Reuerendissimum D. Iacobum Philippum Tomasinum Patavinum Ordinis S. Georgij Venetiarum de Alga Canonicum ac Visitatorem Generalem, nunc verò Episcopum nouæ ciuitatis in Istria, mihi amicissimum.

*Guido Antonius Arcimboldus*, Parmensis, Archiepiscopus 119. Mediolanensis, Ludouici Sfortiæ Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ, nomine Ludouici Sfortiæ ad Innocentium VIII. Romæ Pont.*

Claruit sub dicto Innocentio VIII.

*Guido Terrena*, Cathalanus, Perpinianus, vulgò *de Perpiniano* dictus, Carmelita, Doctor Sorbonicus, & Prior Generalis totius Ordinis duodecimus, deinde Episcopus Maioricanus, & Elnensis, scripsit

*Pro Romano Pontifice, aduersus hæreticos, in summa de hæresibus*. Colonia anno 1631. in fol. apud Petrum à Brachel edita.

Obiit Auenione anno Christi 1330. sub Ioanne XXII. Papa; sepultus est apud Carmelitas, vbi vsque ad hunc diem visitur eius sepulchrum, vlla absque inscriptione.

*Guilielmus Alanus*, Lancastrensis, Anglus, Doctor Duacensis, Canonicus Cameracensis & Rhemenis, & Eboracensis ex Ciaconio, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Martini in Montibus, postremò Archiepiscopus Maciensis electus, scripsit

*Iustitia Anglicana confutationem, seu de intentione Pape in exigendis*



*erigendis seminarijs, contra librum ab hereticis in lucem emissum sub nomine iustitia Anglicana, librum 1.*

Obiit Romæ anno Domini 1594. 17. Kal. Nouembris sub Clemente VIII. Papa: sepultus est in Ecclesia Anglorum S. Trinitatis cum Epitaphio alibi relato.

*Guilielmus Barclaius*, Aberdonensis, Scotus, Ioannis Pater, Ducis Lotharingæ Consiliarius, ac supplicum libellorum Magister, edidit ad Clementem VIII. Papam Latine

*De potestate Papa*, Parisiis in 8. deinde Gallicè ibidem anno 1609. Prohibetur in *Indice Romano*, extat etiam tom. 3. *Monarchia*, Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 621. usque ad 688.

Obiit Andegavi in Gallia anno salutis 1611. sub Paulo V. Papa.

*Guilielmus Bechius*, Florentinus, ex Priore Generali 27. Augustinianorum Episcopus Fesulanus, scripsit

*De potestate Ecclesiastica & Pontificia, librum.*

Obiit Florentiæ anno gratiæ 1495. sub Alexandro VI. Papa: sepultus est in Æde S. Spiritus.

*Guilielmus Bellaius*, Langæus, Eques Regius & Prorex Pedemontanus, scripsit

*Orationes, quas habuit ad Romanos Pontifices, dum apud eos fungebatur officio oratoris.* Extant MSS.

Obiit anno Verbi Incarnati 1543. die 9. Ianuarij, sub Paulo III. summo Pontifice. Iacet in Ecclesia S. Iuliani Cenomaniensis in sepulchro marmoreo.

*Guilielmus Blancus iunior*, Albiensis I. C. Sixti V. Pont. Cubicularius intimus, edidit

*Epigramma de imagine marmorea Pij V. in Sacello Sixtino collocata.*

*Epigrammata in Obeliscum Vaticanum, cum aliquot Anagrammatis, & Epigrammatis ad Sixtum V. Pont. Opt. Max.*

*Carmen Eucharisticum ad eundem.*

*Galliam ad eundem, carmine.*

*Aquas Felices ad eundem, carmine.*

*Epigrammata de translatione Pij V. à Vaticano in Exquilinum ad Sixtum V.*

T c

Epigram



*Epigrammata ad eundem Sixtum V. Centumcellis redeuntem, quo Pontificiam classem à se instructam inuiserat.*

*Epigrammata de statua aenea S. Petri.* Hæc Parisiis anno 1588. in 8. apud Federicum Morellum Typographum Regium.

Vixit sub Sixto V. Romano Pontifice.

*Guilielmus Cadoatus*, Episcopus Anfiacensis, Galliarum Regis Orator, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ nomine Caroli VIII. Regis Christianissimi ad Innocentium VIII. Papam.*

*Guilielmus Caoursia*, aliis *Caoursin*, Eques Rhodius, Orator Magni Magistri Equitum Rhodi, scripsit

*Orationem obedientialem habitam Romæ nomine Magni Magistri ad Innocentium VIII. summum Pontificem.*

*Guilielmus Cremonensis*, Italus, ex Priore Generali 12. Ordinis Augustinianorum Episcopus Nouariensis, scripsit

*De auctoritate Apostolica librum 1. cuius titulus, Reprobatio sex errorum, &c. ex Thoma Gratiano in Anastasi Augustiniana.*

Vixit anno salutis 1343. sub Clemente VI. Papa.

*Guilielmus Durandus*, vel *Durantes*, dictus Speculator, natione Vasco, ex Decano Carnotensi Episcopus Gabalitanus, seu Mimatensis, scripsit

*Commentarium in SS. Concilium Lugdunense à Gregorio X. Rom. Pont. celebratum.* Fani anno 1579. in 4. apud Iacobum Mascardum.

Obit Romæ, ibidemque sepultus in Ecclesia Dominicanorum S. Mariæ supra Mineruam.

*Guilielmus Eisengrenius*, Germanus, Theologus, edidit

*De Romanis Pontificibus aduersus nouam historiam Magdeburgensium*, quam Matthias Flaccus Illyricus & eius Collega nuper ediderunt. Monachij 1568. in fol.

Vixit sub Pontificatu S. D. Pij V. Papæ.

*Guilielmus Gatadegus*, Parmensis, scholarum Magister, ac S. R. E. Vicecancellarius & Bibliothecarius Apostolicus, scripsit

*Romanorum Pontificum vitas à S. Petro vsque ad Innocentium IV.*

Obit circa annum Domini 1256. sub Alexandro IV. Papa.

Guilib



*Guilielmus Gazetus*, vel *Gazæus*, Artesius, Canonicus S. Petri Ariacensis, & apud Attrebatos ad S. Mariam Magdalenam Pastor, edidit

*Vitas Sanctorum*, tom. 2. vbi de Romanorum Pontificum Sanctorum vitis. Rhemis anno 1613. in 8.

Obiit Attrebatim anno salutis 1602. 8. Kal. Septembris: sepultus est in Ecclesia S. Magdalenæ anno ætatis 58.

*Guilielmus Insulanus Menapius*, Greuiburgensis, Præpositus Aquisgranensis, Ecclesiæ sancti Alberti, edidit opus inscriptum

*Aula*, quo libello refelluntur criminationes in Aulam Æneæ Sylvi & Hultrici Huteni. Colonix anno 1539.

Claruit sub Paulo III. Romano Pontifice.

*Guilielmus Lindanus Dordracenus*, Doctor Louaniensis, ex Decano Hagæ Comitum, Consiliario Regio, Episcopi Ultraiectini per Batauiam Frisiamque Vicario, primus apud Geldros Ruremundæ Episcopus, deinde secundus Gandauensis, scripsit

*Lachrymas Germanicas*, ad S. D. N. Gregorium XIII. quibus & sua illi exponit mala potissimum à Clericis non canonicè viuentibus.

*Romanum Pontificem verò ac meritò appellari uniuersalem Episcopum Ecclesiæ Christi*, lib. 1. *Dialogorum*.

Obiit Gandauim anno Christi 1588. die 2. Octobris, ætatis 63. sub Sixto V. Pont. Max. iacet in Cathedrali, tumulum habens communem cum Cornelio Iansenio eius Prædecessore cum Epitaphio.

*Guilielmus Malmesburiensis*, Anglus, Monachus Congregationis Cluniacensis, scripsit

*Chronicon Romanorum Pontificum*, libris 5, distinctum. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca publica.

Decessit anno salutis 1142. sub Innocentio II. Romano Pontifice.

*Guilielmus Okamus*, Okam, Anglus, Franciscanus, Theologus, Parisiensis, scripsit venenoso calamo

*Disputationem super potestate Prælati Ecclesiæ, atque Principibus terrarum commissa*. Prohibetur in Indice Romano.

T t 2 Extat



Extat tom. 1. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 13. vsque ad 18.

*Tractatum de iurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus.* Extat tom. 1. *Monarchia* Goldasti à pag. 21. ad 24. Prohibetur.

*Octo questionum decisiones super potestate summi Pontificis.* Extant tom. 2. *Monarchia* Goldasti à pag. 313. ad 395. Prohibentur.

*Dialogum de potestate Imperiali & Papali.* Extat tom. 2. *Monarchia* Goldasti à pag. 396. ad 957. Prohibetur.

*Compendium errorum Ioannis Papa XXII. de utili dominio rerum Ecclesiasticarum.* Extat tom. 2. *Monarchia* Goldastina à pag. 957. ad 977. Prohibetur.

*Opus nonaginta dierum de utili dominio rerum Ecclesiasticarum.* Extat tom. 2. *Monarchia* Goldasti à pag. 993. ad 1236. Prohibetur.

*Contra Ioannem XXII. Papam de paupertate Christi & Apostolorum Apologiam.* Prohibetur.

Obiit in Bauaria, alijs Capuæ, anno Domini 1320. die 20. Septembris sub Ioanne XXII. Papa, vt colligo ex eius Epitaphio in Athenis Franciscanis Henrici Villoti relato.

*Guilielmus Postellus*, Barentonius, Normannus, Auëtor damnatus primæ classis in *Indice Romano*, scripsit

*De æternò Christi in interioribus regno, & sacro Petri Primatu, iam ab Adamo per Noachum, Abrahamum, Moysen, & Christum ad nos vsque deducto, librum 1.*

Decessit Parisius in D. Martini Monasterio anno gratiæ 1581. die 6. Septembris circa annum ætatis suæ 100. ibidemque sepultus sub Gregorio XIII. Rom. Pont.

*Guilielmus Ronillius*, Turonensis, Typographus Lugdunensis, edidit

*Elogia quorundam Romanorum Pontificum.* Extant in *Promptuario Iconum insigniorum* Lugduni anno 1580. edito.

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Max.

*Guilielmus Sirletus*, Calaber, patriâ Stiliensis, S. R. E. Presbyter Cardinalis & Bibliothecarius, Theologus celeberrimus, scripsit

De



*De Romano Pontifice in Monarchia Ecclesiastica*, MS.

*De præstantia Basilicæ Vaticanæ S. Petri librum* I. MS.

Obiit Romæ anno Christi 1585. 8. Idus Octobris, sub Sixto V. Pont. Opt. Max. sepultus est in Ecclesia S. Laurentij in Pane & Perna.

Gundisalvus de Villadiego, edidit

*Tractatum de origine, dignitate, ac potestate S. R. E. Cardinaliū.*

Guviferus, Salernitanus, Monachus Ordinis S. Benedicti, scripsit *Passionem S. Lucij Papæ & Martyris*. Asseruat MS. in Bibliotheca Montis Cassini.

## H.

**H**ADRIANI I. Papæ *vita*. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

*Hadriani VI. Papæ Conclauæ & creatio*; *Diaria* Blasij de Cæsena & aliorum sub eodem, & Leone X. ac Clemente VII. à Felice Contelorio collecta. Extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Hanardus Gamerius, Mosæus, Germanus, edidit

*Pro Romano Pontifice, aduersus fallaces VVolfgangi Martij ineptias*. Colonix anno 1569.

Vixit sub Pio V. Pont. Opt. Max.

Hæctor Fliscus, seu de Flisco, Nobilis Genuensis, ac eiusdem Reipublicæ Orator, edidit

*De laudibus Innocentij VIII. Papæ orationem.*

*Orationem, quam habuit nomine Reipublicæ Genuensis ad Innocentium VIII. Papam*. Parisiis apud Hieronymum de Marnef 1577. in 16. An hæc oratio sit eadem cum superiori, nihil certi habeo, quia non vidi.

Claruit sub Innocentio VIII. Rom. Pont.

Henningus Arniseus, Germanus, patriâ Halberstadiensis, edidit

*De potestate temporali in Principes*, librum. Prohibetur in *Indice Romano*. Romæ anno 1640. in 8. ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ edito.

Henricus VIII. Angliæ Rex, ante hæresim, edidit

T t 3

Librum



*Librum pro Romano Pontifice aduersus Lutherum Hæresiar-  
cham.* Hic liber permittitur in *Indice Romano*, alia verò eius  
opera omnino prohibita habentur.

Obiit in hæresi anno salutis 1532. sub Clemente VII.  
Papa.

*Henricus Bliffemius*, Colonensis, Germanus, S. I. Theologus,  
edidit aduersus Herbrandum Tubingensem hæreticum  
*De Romano Pontifice, in tractatu de Ecclesia militante.* Ingol-  
stadij apud Dauidem Sartorium 1577.

Obiit Græcij anno Verbi Incarnati 1586. sub Sixto V. Papa.  
*Henricus Buccellius*, Lucensis, Italus, scripsit

*De donatione Constantini Imperatoris facta S. Syluestro Pont.  
Max. librum 1.*

De tempore, quo vixit, nihil hæctenus explorati habeo.

*Henricus Chachemius*, Franciscanus, & Cancellarius Imperialis  
in Aula Ludouici IV. Imperatoris, scripsit

*Informationem de nullitate processuum Papa Ioannis XXII.  
contra Ludouicum Imperatorem.* Extat tom. I. *Monarchie*, Gol-  
dasti à pag. 18. ad 21. Prohibetur.

Vixit anno Christi 1328. sub Ioanne XXII. Papa.

*Henricus Chiffettius*, vel *Kiffettius*, Antuerpiensis, V. I. Doctor  
Romanus, ac Eloquentiæ Professor, edidit

*Panegyricum, de laudibus Pauli V. Pont. Max.* Romæ apud  
Stephanum Paulinum 1613. in 4.

Vivebat Romæ anno Christi 1632. sub S. D. N. Vrba-  
no VIII. Papa.

*Henricus Enriquez*, Portuensis, Lusitanus, S. I. Theologus, scripsit

*De Pontificis potestate & electione.*

*De censuris Pontifici reseruat.*

*De Concilij auctoritate.*

Claruit sub Pontificatu S. D. Pauli V.

*Henricus Gorrichen*, Germanus, Theologus, scripsit

*Tractatum de temerario iudicio Hussitarum circa potesta-  
tem Papa.*

Floruit anno Domini 1430. sub Martino V. Pontifice  
Maximo.

*Henricus IV.* Imperator Occidentis, scripsit

*Epistolas*



*Epistolae ad Rom. Pont. Extant cum Concilio Basiliensi per Æneam Syluium.*

Obiit anno salutis 1125. die 23. Maij, sub Paschali II. Papa.  
*Henricus Institoris*, Germanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit

*De potestate Papa aduersus Antonium Rosellum.*

Claruit anno gratiæ 1496. sub Alexandro V I. Rom. Pont.  
*Henricus Langeſteyn*, vulgò *de Haſſia*, Germanus, Augustinianus, Doctor Pariensis, scripsit

*De schismate Innocenti VII. legitimi Pontificis, Clementis VIII. & Benedicti XIII. Pseudopontificum, librum 1.*

Vixit anno Domini 1400. sub Bonifacio IX. summo Pont.  
*Henricus Ludouicus Caſtaneus Rupipozeus*, *Chaſtaigner de la Rochepoſay*, Gallus, Episcopus 98. Pictauiensis, edidit

*Nomenclaturam Cardinalium*, hoc est, *de Romanis Pontificibus & Cardinalibus*, qui aliquid ab anno Christi millesimo commentati sunt. Prodiit primò Tolosæ anno 1614. nomine suppresso; deinde Pictauij 1616. cum Auctoris nomine in 4. Latinè.

Viuit hoc anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Pontifice Opr. Max.

*Henricus Schorus*, Germanus, edidit

*Breuiarium Romanorum Pontificum*. Argentorati 1588. in 4. apud Bernardum Iobinum.

Floruit sub Sixto V. Romano Pontifice.

*Henricus Spondanus*, Mauleocensis, ex Protonotario Apostolico Episcopus Apamiensis in Gallia, edidit

*De rebus gestis Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad S. D. N. Urbanum VIII. in Annalibus Ecclesiasticis*. Parisiis anno 1641. fol. tom. 5. apud Dionysium Lanouë editis.

Viuit senex hoc anno 1642. sub Urbano VIII. Papa.

*Henricus Vandenzype*, Mechliniensis, Abbas S. Andreae iuxta Brugas, Ordinis S. Benedicti, edidit librum, cuius titulus est,

*S. Gregorius Magnus, &c. ex nobilissima & antiquissima in Ecclesia Dei familiâ Benedictinâ oriundus, quò B. Gregorium ac S. Equitium ordini suo, contra Baronium vindicat*. Ipris anno 1611. in 8. apud Franciscum Pelletum.

Viuebat



Viuebat sub Pontificatu S.D. Pauli V. Papæ.

*Hermannus de Campo* V Westphalus, Germanus, Monachus Ordinis Cisterciensis, scripsit

*De potestate Papa & Concilij librum* 1. incipit, *Beatus Athanasius*, &c.

*De Schismate librum* 1.

Vixit anno Domini 1440. sub Martino V. Papa.

*Hermannus Contractus*, Germanus, Monachus Augienfis Ordinis S. Benedicti, scripsit

*De Romanis Pontificibus* in Chronico *de sex ataribus mundi*, quod perduxit vsque ad annum Domini 1052. Sed continuatum fuit à Bertoldo vsque ad annum 1065. Extat apud Henricum Canisium *tom. 1. antiqua lectionis.*

Floruit sub Leone IX. Summo Pontifice.

*Hermannus Schedelius*, Germanus, patriâ Norimbergensis scripsit

*Romanorum Pontificum catalogum*, in *sua historia.*

Viuebat anno salutis 1494. sub Alexandro VI. Papa.

*Hermias Sozomenus*, Salaminus, Græcus, scripsit Græcè

*De Romanis Pontificibus*, in *historia Ecclesiastica.*

Floruit anno Christi 440. sub Leone Magno Papa.

*Herrandus*, aliis Stephanus, Germanus, Monachus & Abbas Isemburgensis, scripsit

*Defensorium Papa Paschalis II. aduersus Albertum Atellis, & Theodoricum Antipapas, & Henricum IV. Imperatorem legitimi Papa aduersarium.* incipit, *Sicut bonus homo*, &c.

Obiit anno Christi 1107. sub Paschali II. Papa: sepultus est in Reinsburg, ex Ioanne Trithemio *lib. 4. cap. 244. de Illustrib. viris Ordinis S. Benedicti.*

*Herueus Natalis*, Armoricus, Ordinis Prædicatorum Prior Generalis 14. Doctor Parisiensis, scripsit

*De vtraque potestate Papali & Regali librum* 1.

*De potestate Papa librum alterum.*

Decessit Narbonæ anno Domini 1325. sub Ioanne XXII. Papa.

*Hieronymus Aleander*, natione Italus, scripsit

*De SS. Apostolorum Petri & Pauli imaginibus librum MS.*

Moritur



Moritur sub Pontificatu S.D.N. Urbani VIII.

*Hieronymus Badesius*, scripsit carmine Heroico  
*De Sacello Exquilino à Sixto V. Pontifice Maximo extru-*  
*cto*, lib.

Claruit sub Sixto V. Papa.

*Hieronymus Balbus*, vel *Baldus*, Italus, Ordinis Prædicatorum  
Episcopus Corfensis, vel Gurcensis, Orator Ferdinandi Ar-  
chiducis Austriæ ad Romanum Pontificem, scripsit

*De potestate Romani Pontificis*, librum 1.

*Orationem, quam habuit Romæ ad Hadrianum VI. Romanum*  
*Pontificem.*

Vixit sub prædicto Hadriano Papa.

*Hieronymus Beroaldus*, Italus, Ordinis Prædicatorum, edidit  
*Continuationem ad Panuinium de Romanis Pontificibus*, vide-  
*licet à Gregorio XIII. usque ad Paulum V.* Prodiit Venetiis an-  
no 1612. in 4. Italicè.

Florebat sub Paulo V. Papa.

*Hieronymus Bupercellius*, Italus, patriâ Lucensis, scripsit  
*De donatione Constantini Magni S. Syluestro Papa facta.*

*Hieronymus Catena*, Italus, edidit ad Sixtum V. Papam.

*S. D. Pij V. Pontificis Maximi vitam.* Romæ anno 1587. in 8.

*Hieronymus Columbus*, Perusinus, Theologus, scripsit

*De Romano Pontifice, in Angelica & humana Hierarchia*, li-  
*bris 8. distincta.*

*De regimine Ecclesiæ Dei*, libros 2.

Floruit Romæ anno 1631. sub S.D.N. Urbano VIII.

*Hieronymus Donatus*, Patricius Venetus, eiusdemque Reipu-  
blicæ Orator ad Romanum Pontificem, scripsit ad Græcos.

*De Primatu Romane sedis Apologeticum.* Romæ anno 1515.  
typis Calui.

*Orationem, quam habuit Romæ nomine Venetorum ad Iulium II.*  
*summum Pontificem.*

Claruit sub Leone X. Romano Pontifice.

*Hieronymus Garimburtus*, Italus, Episcopus Gallefensis, edidit

*Vitas quorundam Romanorum Pontificum & Cardinalium*, vi-  
*delicet ab Innocentio III. usque ad Clementem VII.* Venetiis an-  
no 1568. in 4. apud Gabrielem Giolitum, Italicè.



Vixit anno Christi 1523. sub Clemente VII. Papa.

*Hieronymus Ghetius*, Romanus, ex Generalis Ordinis S. Augustini Theologus, scripsit Italico sermone

*Supra Bullam Gregorij XV. Pontificis Maximi de electione summi Pontificis.*

Viuebat Romæ anno Christi 1632. sub Urbano VIII. Papa.

*Hieronymus Magius*, Italus, V.I.D. edidit Latine

*Enarrationem de Ioannis Petri Caraffæ, aliàs Pauli I V. Papæ, genere, moribus, & regularis vitæ instituto.* Colonia Vbiorum anno 1612. apud Ioannem Kinkium in 4.

Claruit sub Paulo I V. Romano Pontifice.

*Hieronymus Manfredus*, Ferrariensis, Italus, I.C. edidit

*Pij V. Pont. Opt. Max. vitam.* Cæsenæ anno 1586.

*De Cardinalibus tractatum.* Bononiæ 1565. in fol. & Venetiis inter tractatus iuris.

*De sacrosancto Collegio Cardinalium tractatum.* Extat ibidem, & forsan idem.

Vixit sub Sixto V. Pontifice Romano.

*Hieronymus Maripetrus*, Venetus, Ordinis Minorum, scripsit

*Clementis VII. Romani Pontificis vitam.*

Viuebat tempore Pontificatus dicti Clementis Papæ.

*Hieronymus Megeferus*, Germanus, edidit

*Icones & vitas Romanorum Pontificum, cum eorundem insignibus.* Francofurti anno 1603. in 8. Germanicè.

Claruit sub Clemente VIII. Papa.

*Hieronymus Niger*, scripsit

*De virtutibus Hadriani VI. Rom. Pont. epistolam ad Marcum Antonium Michaëlium.* Extat part. 1. litterarum Principum.

*Epiistolam alteram de electione Clement. VII. Papæ, ad eundem.*

Vixit sub Clemente VII. Rom. Pont.

*Hieronymus Ocho*, Perpinianensis, Cathalanus, Carmelita, S. Th. Doctor, ex Confessore Benedicti XIII. Pseudopontificis Episcopus Elnensis, scripsit

*Acta Benedicti XIII. Pseudopontificis, ex Emanuele Romano, Matritensi, Carmelita lib. de illustribus viris Ordinis Carmelitarum.*

Vixit



Vixit anno salutis 1420. sub Martino V. Papa.

*Hieronymus Paulus*, Cathalanus, Canonicus Barchinonensis, scripsit

*De donatione Constantini*. Coloniae anno 1533.

Floruit tempore Pontificatus Clementis VII. ni fallor.

*Hieronymus Platus*, Mediolanensis, S. I. Theologus, edidit

*De summis Pontificibus*, qui ordinem monasticum consequuti sunt, lib. 2. cap. 28. de bono status Religiosi.

*De Cardinalis dignitate & officio*, ad Flaminium Platum Cardinalem, fratrem.

Moritur Romae anno Domini 1591. vel 1592. ætatis circiter 46. ibidemque sepultus.

*Hieronymus Poczapouius*, Ruthenus, Monachus Ordinis S. Basilij, & Collegij Romani Græcorum Alumnus, edidit

*In Capellam Burgbesianam Pauli V. Pont. Max. Carmina Latina*, quæ leguntur apud Abrahamum Bzouium in Pontifice Romano.

Viuebat Romæ sub prædicto Paulo V.

*Hieronymus Rotta Schreckenstein*, Germanus, edidit

*De Principalitate Ecclesie Romanae*. Ingolstadij anno 1550. apud Alexandrum VVessenhorn.

Floruit sub Iulio III. summo Pontifice.

*Hieronymus Rubeus*, Nobilis Rauennas, Medicus & Historicus, edidit

*Orationem de electione Gregorij XIII. Papa, quam habuit ad Populum Rauennatem*. Cæsenæ anno 1572. in 4. apud Bartholomæum Rauerium.

*S. Hieronymus*, Stridonensis, Hungarus, S. R. E. Presbyter Cardinalis & Doctor, scripsit ad B. Eustochium

*De vinculis B. Petri Apostoli epistolam*, quæ est 34. inter epistolas.

*De reprehensione Petri à Paulo*, lib. 1.

Obiit in Bethleem anno Domini 420. ætatis suæ 78. aliis ann. 422. ætatis 91. sub Bonifacio I. Romano Pontifice, postea eius corpus Romam delatum, in Basilica Liberiana collocatum.

*Hieronymus Vendramenus*, Italus, Sacerdos Theologus, edidit

V v 2

Disqui



*Disquisitiones controuersiarum inter Paulum V. Papam, & Rempubicam Venetam vergentium.* Extant tom. 3. *Monarchia* Melchioris Goldasti Caluinistæ à pagina 477. vsque ad 485.

Floruit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

*Hieronymus Vidas*, Cremonensis, Lombardus, ex Canonico Congregationis Lateranensis, Episcopus Albensis, in Subalpinis Montis Ferrati, edidit

*De Clemente VII. Romano Pontifice Elegiam.*

Floruit sub præfato Clemente Papa.

*Hilarion Costeus*, de Coste, Parisinus, Ordinis Minimorum Theologus, ac S. P. Francisci de Paula ex sorore pronepos, edidit

*Elogia quorundam Romanorum Pontificum*, videlicet ex Leone X. vsque ad Gregorium XV. in historia Catholica, Parisiis apud Sebastianum Cramoisy 1625. in folio edita, Gallicè.

Viuit Parisiis hoc anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Hincmarus*, Gallus, ex Monacho Benedictino S. Dionysij Parisiensis Archiepiscopus 31. Remensis, scripsit

*Admonitionem de potestate Regia & Pontificia, & de vtriusque regiminis administratione.* Extat tom. 1. *Monarchia* Melchioris Goldasti Haiminsfeldij Caluinistæ à pag. 3. ad 8.

Moritur anno salutis 882. sub Ioanne VIII. Papa: sepelitur apud S. Remigium. Melchior ille Goldastus *loc. cit.* affirmat Hincmarum scripsisse hanc admonitionem anno 884. sed quia hæreticus, nulla est ei fides adhibenda, sed sequimur Bellarminum, Posseuinum, & Claudium Robertum.

*Hippolytus Maraccius*, Lucensis, Italus, è congregatione Lucensi Clericorum Regularium Matris Dei Sacerdos, & Rector Domus S. Mariæ in Campitello Urbis parat

*Pontifices Maximos Marianos, seu de Romanorum Pontificum in Mariam Deiparam Virginem ardendi studio ac pietate, librum.*

*Purpuram Marianam, seu de purpuratis Patribus Eminentissimis*



*zissimis S. R. E. Cardinalibus pietate in Mariam Deiparam insignibus lib. 1.*

Vixit Romæ hoc anno 1642. sub sancto Domino nostro Urbano VIII.

*Historia de Henrici IV. Imperatoris, & Hildebrandi Pontificis Romani cognomento Gregorij VII. vita.* Francofurti apud Andream VVechelium anno 1581. Extat post *Chronicon Sclavorum* Helmodi ibidem ab eodem edito in fol. Prohibetur in Decreto 4. Februarij 1627.

*Historia particularis de rebus inter Paulum V. Summum Pontificem, & Serenissimam Rempubicam Venetam peractis annis 1605. & 1606. libris 7. diuisa.* Prohibetur in Decreto 15. Februarij 1625.

*Honorius Augustodunensis*, à patria sic dictus, natione Burgundus, non verò Germanus, vt aliqui perperam asserunt, cognomento Solitarius, Presbyter, aliis Abbas Ordinis S. Benedicti, scripsit

*De vinculis S. Petri Apostoli sermonem.*

*De Papa & Imperatore lib. 1.*

Vixebat anno Domini 1220. sub Honorio III. Romano Pontifice.

*Horatius Iustinianus*, Bibliothecæ Vaticanæ Præfectus, edidit

*Concium Florentinum, Notisque illustravit, in fol.*

Vixebat Romæ anno salutis 1640. sub Urbano VIII. Pont.

Opt. Max.

*Horatius Turselinus*, Romanus, S. I. Theologus, edidit

*Orationem funebrem Gregorij XIII. Rom. Pont.*

Obit Romæ anno Domini 1599. ætatis supra Sexagesimum, sub S. D. Clemente VIII. Papa.

*Hugo Blancus*, siue *Candidus*, Tridentinus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Clementis à Leone IX. creatus, scripsit

*Apologiam, quâ se perduellionatus suspitione excusatum iri cupit, quod Clementi III. Pseudopontifici adhasisset.*

Floruit anno Domini 1075. sub Gregorio VIII. Papa. Hic ter ab Ecclesia damnatus fuit, & anathemate notatus, diem clausit extremum.



*Hugo*, Gallus, Monachus Cisterciensis, Abbas monasterij SS. Vincentij & Anastasij ad tres Fontes Romæ, deinde S.R.E. Presbyter Cardinalis, Episcopus Ostiensis & Veliternus, scripsit ad S. Bernardum Abbatem 1. Clarauallensem

*De obitu Eugenij III. Romani Pontificis.*

Decessit sub Adriano IV. Pontifice Maximo.

*Hugo*, aliis *Hubertus*, vel *Vbertus Folietta*, Genuësis, Ligur, scripsit *Pauli I V. Romani Pontificis vitam.*

*Innocentij VIII. Papæ Elogium.*

*Iulij II. Papæ Elogium.*

Vixit tempore Pontificatus S.D. Pauli IV.

*Hugo Victorinus*, seu *de S. Victore*, Saxo ex Canonico Regulari Augustiniano S. Victoris Parisiensis S. R. E. Cardinalis ab Innocentio II. Papa creatus, scripsit

*De S. Petro Apostolo sermonem.*

Obiit Parisiis anno Domini 1138. sub prædicto Innocentio Papa.

*Huldricus Richental*, cuius Constantiensis, descripsit

*Gesta Concilij Constantiensis.*

De tempore quo vixit, nihil certi hætenus habeo.

*Hymnus* Pasquini & Morphyrij in Paulum III. Papam. Prohibetur in *Indice Romano.*

## I.

**J**ACOBVS ACCARISIVS, Bononiensis, Italus, scripsit

*De laudibus S. Gregorij Magni Papæ Orationem.*

*Orationem in funere Anniversarij Gregorij XV. Romæ habitam in Ecclesia S. Ioannis Evangeliste, dum Sodalitas Bononiensis iusta faceret 16. Kal. Augusti 1629. Romæ 1629. in 4. ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.*

Viuebat Romæ anno Christi 1632. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Iacobus Alitiensis*, Apulus, Monachus Ordinis Cœlestinorum, scripsit

DU



*De vita S. Cælestini V. Romani Pontificis lib. 1.*

Floruit tempore Pontificatus S. D. Pauli I V.

*Iacobus Allindus*, Theologus, scripsit

*De potestate Summi Pontificis*, ex Ioanne Molano in *Bibliotheca Materialiarum*, v. *Pontifex*.

Quando vixerit, nihil explorati habeo.

*Iacobus Almainus*, Senonensis, Gallus, Theologus Sorbonicus, scripsit contra Caietanum

*De potestate Papæ librum.*

*Expositionem de suprema potestate Ecclesiastica & laica, circa questionum decisiones Magistri Guilielmi de Ockam, super potestate Summi Pontificis anno Domini 1512. Extrat tom. 1. Monarchia Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 588. vsque ad 647.*

Vixisse perhibetur anno salutis 1512. sub Iulio II. Papa.

*Iacobus Auzeolius Peyrus*, de la Peyre, Nobilis Aruernus, edidit

*Romanorum Pontificum catalogum in Chronologia sancta.* Parisiis anno 1632. in fol. apud Geruasium Aliottum edita, Gallicè.

Apoplexiâ correptus decessit Parisiis anno 1642. die 19. Maij, sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Iacobus de Brouwer Hoochstratanus*, Antuerpiensis, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit

*Clauium Apostolicam, seu demonstrationem theologicam, quâ dilucidè, ac solidè concluditur diuinâ fide credendum Paulum V. esse Summum, Maximúmque Pontificem.* Duaci anno 1621. in 8. Typis Belleri.

Claruit sub Paulo V. Papa.

*Iacobus Caietanus de Stephanescis*, Romanus, Bonifacij VIII. Papæ fratris filius, S. R. E. Diaconus Cardinalis, tit. S. Georgij de Velabro, scripsit

*Opus de vita S. Cælestini V. Papæ libris 3. distinctum, postea à Paulo Regio prosequutum.* Extrat MS. Romæ in Bibliotheca Aniciana Reuerendissimi D. Constantini Caietani Abbatis, in Archiuo S. Petri de Vrbe, & apud Cl. V. Gabrielem Naudæum.

*De coronatione Bonifacij VIII. Rom. Pont.* Romæ ibid. MS.

Obit



Obiit anno salutis 1343. sub Clemente VI. Papa.

*Iacobus Carthusiensis*, Theologus, scripsit

*Disputationem pro utraque parte Concilij Basiliensis*. Extrabat MS. apud Marcum Dresserum.

*Iacobus Dany Perronius*, Normannus, ex Episcopo 58. Ebroïcensi Archiepiscopus 104. Senonensis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Agnetis in Agone edidit Gallicè

*De Romano Pontifice, in Replica*, ad responsum Serenissimi Angliæ Regis.

*De absolutione Henrici IV. Francorum & Navarra Regis Christianissimi à Clemente VIII. Pont. Opt. Max. facta, & de morte eiusdem Clementis, epistolæ.*

Obiit Parisiis anno Incarnationis 1618. die 3. Septembris. Corpus ad Metropolitanam Ecclesiam Senonensem translatum, ibi sepultum est.

*Iacobus Fontanus*, Brugensis, Belga, V.I. Doctor, edidit

*Vitam Ioannis XXII. Pont. Max. ex varijs auctõribus collectam*. Prodiit Lutetiæ Parisiorum.

Claruit sub Hadriano VI. summo Pontifice.

*Iacobus Gaulterius*, Gaultier, Annonæus, apud Heluios, Gallus, S.I. Theologus, edidit

*Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad S. D. Vrbanum VIII.* in Tabula Chronographica Lugduni in fol. edita.

Obiit Gratianopoli, sub Urbano VIII. Papa anno salutis 1636. die 14. Octobris.

*Iacobus Gordonius Lesmoreus*, Scotus, S.I. Presbyter & Theologus, edidit

*Romanorum Pontificum Catalogum*, in opere Chronologico Pictaui anno 1615. in fol. edito.

Obiit sub S.D.N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max. anno salutis 1641. die 17. Nouembris, ætatis suæ 89. ex relatione R.P. Philiberti Moneti S.I.

*Iacobus Gretserus*, Constantiensis, Germanus, S.I. Theologus, edidit

*Aduersus mysterium iniquitatis Philippi Mornai Plessai*. Ingolstadij anno 1614. in 4.



*De Romano Catholica doctrina & controuersarum religionis Iudice.*

*Aduersus Venetos pro sede Apostolica.*

*Libellum de munificentia Principum erga sedem Apostolicam.*

*Notas in vitam Gregorij VII. Rom. Pont.*

Viuebat tempore Pontificatus S. D. Pauli V. Papæ.

*Iacobus Illarius, D' Illaire, Dominus de Ioyaco, Nobilis Gallus, edidit suo vulgari sermone*

*Responſionem ad articulos fidei Ministrorum Caluinistarum Franciæ, præsertim ad hunc; Papam non esse Antichristum.*

Floruit sub Paulo V. summo Pontifice.

*Iacobus Latomus, Belga, Doctor Louaniensis, edidit*

*De Primatu S. Petri Apostoli aduersus Martinum Lutherum Hæresiarum Antuerpiæ anno 1526.*

Decessit Louanij anno Domini 1544. die 29. Maij, sub Paulo III. Rom. Pont. sepultus est in Ecclesia D. Petri prope Aram summam cum Epitaphio à Francisco Svertio in Athenis Belgicis relato.

*Iacobus Leschasserius, Gallus, I. C. & Aduocatus Regius in suprema Curia Parisiensi, scripsit*

*Tractatum de libertate antiqua & canonica Ecclesiæ Gallicanæ, ad supremas Franciæ curias. incipit, Cùm allegatio, &c. Extrat tom. 3. Monarchiæ Melch. Gold. Caluinistæ à pag. 277. ad 282.*

*Iacobus Locher, scripsit*

*De S. Gregorio Magno Papa.*

*Iacobus Manlius, scripsit*

*Romanorum Pontificum & Imperatorum vitas, in quibus hæc septem indicat: Annum, quo Imperium acceperint, progeniem & nomen, morum proprietatem, tempus quamdiu regnârint, ætatem quamdiu vixerint, genus mortis, & rerum gestarum magnitudinem.*

*Iacobus Mensbona, seu Amanatus, Lucensis, Episcopus Ticinensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Chrysogoni, postea Episcopus Tusculanus, scripsit*

*De gestis Romanorum Pontificum sui temporis in epistolis.*

*Vitas Romanorum Pontificum, carmine, quæ æmulorum malignitate deperditæ sunt.*



*De Mantuano Pij II. itinere, & de illius causa.*

*Itinerarium, siue Legationem Cardinalis Dominici Capranica ad Genuenses.*

Obiit apud S. Laurentium, Vulsinij anno Domini 1479. 4. Idus Septembris, sub Sixto I V. corpus eius Romam delatum, ad S. Augustinum sepultum est marmoreo sepulchro, cum Epitaphio alibi parato.

*Jacobus Naclantus*, Florentinus, Ordinis Prædicatorum, Episcopus Clodiensis in ditone Venetorum, scripsit

*De Primatu Petri.*

*De auctoritate Papæ & Concilij.*

*De Actis Concilij approbandis per Papam.*

Viuebat anno salutis 1560. sub Pio IV. Papa. Obiit Elodiæ, ibidemque sepultus est apud Dominicanos, vbi anno 1640. legimus eius inscriptionem sepulchralem, quam alibi dabimus.

*Jacobus Nardus*, Florentinus, edidit

*De rebus gestis Leonis X. Rom. Pont. in historia Florentina.*

*Jacobus de Paradiso*, Ordinis Carthusianorum Theologus, scripsit

*Collectum de auctoritate Ecclesiæ, & eius reformatione.* Extat tom. 2. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 1567. ad 1576.

*Jacobus Riuius*, edidit

*Historiam Pontificum Romanorum contractam, & compendio perductam vsque ad annum 1632.* Amstelodami apud Ioannem Ianssonium anno 1632. in 8. sed cum hæc historia edita sit apud Typographum Hæreticum, cautè legenda est.

*Jacobus Sadoletus*, Mutinensis, Italus, Episcopus Carpentoractensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula, scripsit

*De rebus gestis Pauli III. Pont. Max. in Epistolis.*

*De Ecclesiæ Catholicæ edificatione.*

Moritur Romæ anno Domini 1547. mense Octobri, sub Paulo III. Papa: sepultus est in Ecclesia S. Petri ad Vincula in Exquiliis, à Paulo nepote sepulchro, & inscriptione honoratus, quæ adhuc legitur, & quam accepi 1640.

*Jacobus*



*Jacobus Seuertius*, Gallus, Doctor Parisiensis, Canonicus & Ecclesiastes Lugdunensis, edidit

*Petri Tarentasensis*, postea *Innocentij V. Papæ Elogium*, in Chronologia Archiepiscoporum Lugdunensium anno 1628. Lugduni in fol. edita.

Interiit peste Lugduni anno salutis 1628. sub Papa Urbano VIII.

*Jacobus Sirmundus*, Aruernus, Ricomagus, Societatis IESU Theologus, Ludouici XIII. Regis Christianissimi Confessarius, edidit

*Concilia Gallicana* tomis 2. distincta, ubi de Romanis Pontificibus aliquando agitur.

*Epistolas varias Syluestri II. Papæ*, quas MSS. possidet: habentur tom. 2. *historia Francorum Scriptorum* Andreae Duchesnij à pag. 828. vsque ad 844.

Vixit hoc anno gratiæ 1643. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Jacobus Sonenberg*, Heluetiorum Catholicorum Orator ad Romanum Pontificem, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ, nomine Heluetiorum, ad Paulum V. Papam, die 30. Iunij ann. 1605.*

*Jacobus Spinola*, Genuensis, I. C. Reipublicæ Genuensis, Orator Romanus, edidit

*Orationem habitam Romæ, nomine Genuensium ad Alexandrum VI. Rom. Pont.* Parisiis apud Hieronymum de Marnef anno 1577. in 16.

*Jacobus Strada*, scripsit

*Romanorum Pontificum Epitomen*, quam in lucem emisit Onuphrius Panuinus Venetiis anno 1567.

*Jacobus à Theramo*, Canonicus Aprutinus, deinde Auerfanus, Theologus, scripsit

*De Romani Pontificis Monarchia* lib. 1.

Floruit anno Domini 1585. sub Urbano VI. Papæ.

*Jacobus Tipotius*, Germanus, edidit

*Symbola diuina & humana Pontificum, Imperatorum & Regum.* Pragæ anno 1601. in fol. Latine.

Vixit sub Clemente VIII. Papæ.



*Iacobus Viterbiensis*, seu *de Viterbio*, natione Italus, Ordinis fratrum Eremitarum Augustinensium, S. Thom. Doctor, Archiepiscopus Neapolitanus, scripsit ad Clem. V. Papam

*Libros 2. de regimine Christianitatis*, ubi *de Romano Pontifice*. Extant MSS. Romæ in Bibliotheca Vaticana.

Claruit anno Domini 1310. sub Clemente V. Papa.

*Iacobus de Voragine*, Genuensis, Ligur, Ordinis Prædicatorum, Archiepiscopus Genuensis, scripsit

*Quorundam Sanctorum Romanorum Pontificum vitas*, in sua hystoria Lombardica.

Moritur anno Domini 1294. sub Cœlestino V. vel, ut placet aliis, 1298. sub Bonifacio VIII. Papa.

*Iacobus Zenus*, Venerus, Episcopus 92. Patauinus, scripsit

*Romanorum Pontificum vitas*.

Floruit anno Domini 1474. sub Sixto I V. summo Pontifice.

*Iannotius Manetius*, seu *de Manettis*, Florentinus, scripsit

*De vita Nicolai V. Romani Pontificis libros 2.* Extant MSS. Romæ in Bibliotheca Vaticana, & Florentiæ in Medicea apud S. Laurentium, incipiunt, *Vetus*, &c.

*Orationem ad Nicolaum V. Pontificem Maximum.* Extat MS. Florentiæ in Bibliotheca Medicea San-Laurentiana *plut.* 52. Latinè.

*De eligendo nouo Pontifice orationem.* incipit, *Cum Roma Neapolim salutandi Alphonsum*, &c. MS.

*De pompis secularibus & Pontificalibus tractatum*, ad Angelum Acciaiolum. MS. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij Noui *vol.* 116. n. 6.

Vixit sub Nicolao V. Pontifice Maximo. Obiit Neapoli anno salutis 1459. die 27. Septembris, ætatis 63.

*Ianus Damianus*, Senensis, Tuscus, edidit

*Elegiam ad Leonem X. Papam*, de expeditione in Turcas suscipienda. Basileæ apud Ioannem Frobenium in 4.

*Ianus Vitalis*, Panormitanus, Siculus, edidit Latinè

*Elogia Iulij III. Romani Pontificis, & Cardinalium ab ipso creatorum.* Romæ anno 1553. in 12.

Claruit tempore Pontificatus Iulij III.



*Inso Mainius*, Mediolanensis I.C. Mediolanensium Principis,  
Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ, nomine Mediolanensium Prin-  
cipis ad Alexandrum VI. Summum Pontificem.* Parisiis ann. 1577.  
in 16. apud Hieronymum de Marnef, Latinè, cum aliis oratio-  
nibus eiusdem argumenti.

*Idatius*, Episcopus Lemicensis, scripsit

*De Romanis Pontificibus, nempe à Siricio vsque ad Simplicium,*  
in Chronico à Iacobo Sirmondo S. I. & Andrea Duchesnio  
tom. I. *historia Francorum*, edito.

Vixit sub Simplicio Papa.

*Jeremias Ferrerius*, Gallus, ex Ministro Caluinista Catholicus fa-  
ctus, edidit aduersus infensissimos Romani Pontificis hostes

*De Antichristo & eius notis*, vbi eruditè demonstratur, *Ro-  
manum Pontificem non esse Antichristum*, contra Hæreticorum  
calumnias. Parisiis ex Officina Niuelliana, sumptibus Se-  
bastiani Cramoisy, Typographi Regij, anno 1615. in 4. Gal-  
licè.

Obiit Parisiis anno salutis 1625. sub S. D. N. Urbano VIII.

Papa.

*Ignatius Braccius*, Præpositus Recanatensis, & Protonotarius  
Apostolicus, edidit Italicè

*De Etymologia nominis Papa & Pontifex lib. 1.* ad Urbanum  
VIII. Romæ apud Franciscum Corbelletum 1630. in 12.

*De occulta conuenientia inter insignia & cognomen Barberini.*  
Romæ apud Facciottum 1623. in 4.

Viuebat Romæ anno 1630. sub Urbano VIII. Romano  
Pontifice.

*S. Ignatius de Loyola*, Cantaber, Societatis Iesu Fundator, scripsit  
*In laudem S. Petri Apostoli Canticum.*

Obiit Romæ anno Christi 1556. pridie Kal. Augusti, ætatis  
65. sub Paulo IV. Summo Pontifice.

*Innicus*, vel *Ennicus de Mendoza*, Tendiliæ Comes, Ferdinandi  
& Isabellæ Regum Hispaniarum Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ, nomine Ferdinandi & Isa-  
bellæ Regum Hispaniarum ad Innocentium VIII. Romanum Pon-  
tificem.*



*Innicus Mendocius*, seu *de Mendoza*, Tendiliæ Comes, Bæticæ Præfectus, Philippi II. Hispaniarum Regis Orator Romanus, scripsit

*Orationem habitam Romæ nomine Philippi II. ad Paulum IV. Rom. Pontificem.*

*Innocentij III. Papæ, vita & acta integra*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

*Innocentij VII. Diaria & Conclauæ*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

*Innocentij VIII. Conclauæ & Diaria*, MSS. ibid.

*Innocentij IX. Conclauæ & Diaria*, MSS. ibid.

*Innocentius I. Papa*, consule *librum 1.* huius Bibliothecæ *v. I.*

*Innocentius III. Papa*, consule *ibid.* scripsit etiam

*De S. Syluestro I. Papa Homilias 2.* ad populum.

*De coronatione Pontificis homil.*

*Innocentius IV. Papa*, consule *ibid.*

*Ioachimus Abbas*, Florentis, Ordinis S. Benedicti, Calaber, scripsit

*Vaticinia quindecim Romanorum Pontificum.*

Claruit spiritu prophetico illustratus anno Domini 1195. sub Cœlestino III. Romano Pontifice.

*Ioachimus Perionius*, Cormeriacensis, Gallus, Ordinis S. Benedicti Theologus, edidit

*De rebus gestis S. Petri Apostoli*, in opere *de vitis & rebus gestis Apostolorum*. Parisiis apud Carolum Perrier 1551. Coloniae 1571. & Basileæ apud Oporinum in fol.

Obiit Cormeriaci anno salutis 1559. ibidemque sepultus est inter Benedictinos suos, sub Paulo IV. Papa.

*Ioachimus Scaynus*, I. C. Patavinus, patriâ Solodiensis, edidit

*Responsum pro Decretis Reipublicæ Venetæ*, &c. Extat *tom. 3. Monarchia prohibita* Melchioris Goldasti à pag. 353. usque ad 368.

Vixit sub Paulo V. summo Pontifice.

*Ioannes Amelinus*, Italus, ex Archidiacono Foroiuliensi S. R. E. Presbyter Cardinalis, forsan ille, qui interfuit Concilio Romano sub Ioanne XII. tit. SS. Syluestri & Martini de Montibus, scripsit

DONA



*Donationem*; quæ donatio dicitur vulgò Constantini Imperatoris facta, pro temporalibus: sed reputatur fictitia ab eruditissimo P. Ioanne Morino in *historia Constantiniana* p. 3. cap. 7.

*Rescriptum pro collatione donationis Othonis III. Imperatoris.*  
Viuebat anno gratiæ 960. sub Ioanne XII. Papa.

*Ioannes Angelus Dux ab Altemps*, Romanus, edidit

*Vitam S. Aniceti Papa & Martyris*, cum rebus memorabilibus, quæ eo Pontifice in Ecclesia sedente acciderunt. Romæ apud Iacobum Mascardum 1617. in 4. Latine  
Floruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Ioannes Antonius Bouius*, Nouariensis, Lombardus, Carmelita, S. Th. Doctor, ac Romæ apud Transpontinam Professor, Episcopus Molfetanus, edidit iussu S. D. Pauli V.

*Refutationem eorum, quæ aduersus potestatem Pontificiam scripta fuerunt, aduersus M. Paulum Seruitam.* Romæ apud Guilielmum Facciottum 1606. in 4. Italicè, deinde Colonia 1607. apud Bernardum Gualtherum.

Obit anno Domini 1622. sub Paulo V. Romano Pontifice.

*Ioannes Antonius Campanus*, Italus, Episcopus Aretinus, Interamnenensis, & Aprutinus, edidit

*Orationem fœnebrem Callisti III. Papa.*

*Pij II. Romani Pontificis vitam.*

*Orationem, quam habuit Senæ in exequijs Pij II. Rom. Pont.* quæ habetur inter opera Campani edita in fol. Romæ anno 1495. per Encharium Silber.

Floruit sub Paulo II. summo Pontifice.

*Ioannes Antonius Caputius*, scripsit

*Diaria Pij V. summi Pontificis.*

Claruit sub Pio V. Papa.

*Ioannes Antonius Delphinus*, è Casali Maiore Lombardus, Ordinis Minorum Theologus, scripsit

*De potestate Romani Pontificis, & de notis Ecclesia.*

*De agendis in Concilio Tridentino sub Iulio III. Rom. Pont.*

Decessit anno Incarnationis 1560. sub Pio IV. Romano Pontifice.

*Ioannes*



*Ioannes Antonius Flaminius*, Forocorneliensis, Italus, scripsit  
*Elegias varias ad Iulium II. Papam*; quæ leguntur in *delitijs*  
*Poëtarum Italarum*, à Rhanutio Ghero collectis, ex Antonio  
 Sanderò lib. 3. de *Claris Antonijs*.

*De laudibus Hadriani VI. epistolam*, quam vidit MS. Cl. V.  
 Andreas Victorellus.

Vixit sub Iulio II. Romano Pontifice.

*Ioannes Antonius Gabutius*, Nouariensis, Lombardus, Presbyter  
 Congregationis Clericorum Regularium S. Pauli, edidit

*De vita & rebus gestis Pij V. Romani Pontificis*, libros 6. Romæ  
 apud Aloysium Zannetum 1605. in fol.

Viuebat sub Paulo V. Romano Pontifice.

*Ioannes Antonius Perettus*, Tarentinus, edidit

*De creatione Sixti V. Pontificis Maximi*. Romæ apud Iaco-  
 bum Ruffinellum.

Claruit sub Sixto V. Papa.

*Ioannes Antonius Petramellarius*, Bononiensis, Italus, edidit

*Continuationem ad librum Onuphrij Panuini de summis Pon-  
 tificibus & Cardinalibus*, nempe à Paulo IV. vsque ad Clemen-  
 tem VIII. Bononiæ anno 1600. in 4. Latine.

Claruit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

*Ioannes Antonius Philippinus*, Romanus, Carmelita, S. Th. Do-  
 ctor, Prior S. Martini de Montibus, aliàs Prouincialis Prouin-  
 ciæ Romanæ, edidit ad Eminentissimum Principem Fran-  
 ciscum Barberinum Cardinalem, & S. R. E. Vicecancellarium.

*Epitomen de Antiquitate & veneratione Ecclesiarum SS.  
 Syluestri & Martini de Montibus*. Romæ ex Officina Andrea  
 Phæi 1639. in 4. Italicè.

Viuit Romæ hoc anno Domini 1642. sub Urbano VIII.  
 Papa.

*Ioannes Aquipontanus*, aliis *Aquitanus*, edidit

*Confutationem virulentæ disputationis*, in qua *Georgius Sohn*  
 coronatus est docere, Pontificem Romanum esse *Antichristum*, à Pro-  
 phetis & Apostolis prædictum. Augustæ Treuirorum anno  
 1589. in 4. apud Henricum Bock.

Claruit sub Pontificatu S. D. Sixti V.

*Ioannes Azorius*, Lorcanus, Hispan. Societ. Iesu Theolog. edidit

De



*De Romano Pontifice, tom. 2. Institut. Moralium cap. 4. & 5.*

Floruit sub Paulo V. summo Pontifice.

*Ioannes Barbo à Burdesia, Gallus, Francisci II. Regis Christianissimi Orator Romanus, scripsit*

*Orationem, quam habuit nomine Francisci II. Regis Galliarum ad Pium IV. Romanum Pontificem.*

Viuebat tempore Pontificatus dicti Pij IV. Papæ.

*Ioannes Balüe, Gallus, patriâ Virdunensis, Theologus, ex Confessario & Eleemosynario Ludouici II. Abbas Becci 33. & 4. Commendatarius, Episcopus 52. Eboriensis, & 67. Andegauenis administrator, tandem S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Susannæ, & Episcopus Albanensis, Caroli VIII. Francorum Regis Christianissimi, vnâ cum Comite Delphino Orator Romanus, scripsit*

*Orationem, quam habuit Romæ nomine Caroli VIII. Regis ad Innocentium VIII. summum Pontificem.*

Obiit Romæ anno Christi 1491. mens. Octobr. sepultus est in Ecclesia S. Praxedis Monachorum Vallis-Vmbrosæ cum Epitaphio à nobis collecto, & alibi relato, tempore Pontificatus Innocentij VIII.

*Ioannes Bambacius, Presbyter & Magister Rhetorices in Collegio Græcorum de Vrbe, edidit*

*In Columnam Pauli V. Pont. Max. in Esquilinis erectam Carmina Latina.*

Viuebat Romæ sub Paulo V. Papa.

*Ioannes Baptista Bernardinus, Episcopus Adiacensis, Reip. Lucensis Orator, scripsit*

*Orationem habitam nomine Lucensium ad Gregorium XIII. Rom. Pont.*

*Ioannes Baptista Castaldus, Neapolitanus, Clericus Regularis, edidit*

*Vitam Pauli IV. Romani Pontificis. Romæ apud Mascardum anno 1615.*

Viuebat Romæ anno 1630. sub Urbano VIII. Pontifice Opt. Max.

*Ioannes Baptista de Caualerijs, aliis de Clauerijs, Italus, edidit Ital. Romanorum Pontificum effigies typis aeneis incisas, à S. Petro*



vsque ad Clementem VIII. Romæ ex Typographia Dominici Basæ anno 1595. in 8.

Claruit sub Clemente VIII. Papa.

Ioannes Baptista Coccinus, Venetus, Rotæ Romanæ Decanus, & sacre Pœnitentiariæ Regens, scripsit

*De electione Romani Pontificis, ex Apibus Vrbanis Leonis Allatij.*

Obit Romæ anno Domini 1641. sub S.D.N. Urbano VIII. Papa.

Ioannes Baptista Fragnanus, Italus, edidit

*De iusta censura Pauli V. Papa aduersus Venetos, lib. Romæ in 4.*

Floruit tempore Pontificatus S.D. Pauli V.

Ioannes Baptista Garghas, Senensis, Tuscus, Equitum Rhodiorum Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit nomine Equitum Rhodiorum ad Leonem X. Romanum Pontificem.*

Ioannes Baptista à Glano, Leodiensis, Augustinianus, Doctor Parisiensis, edidit Gallicè

*Historiam Pontificalem, seu Demonstrationem veræ Ecclesiæ à Christo fundatæ, cui præmittitur, Decretorium ad eandem historiam. Leodij anno 1600. in 4. apud Arnoldum de Coersvaren.*

Migravit Leodij anno 1613. sub Paulo V. Romano Pontifice.

Ioannes Baptista Guarinus, Italus, Orator Ferrariensis, edidit

*Orationem, quam habuit nomine Ferrariensium ad Paulum V. Papam.*

Ioannes Baptista Leo, Venetus, Ducis Vrbinatum apud Serenissimam Rempublicam Venetam Orator, edidit

*Discursus super potestate Ecclesiastica, & Romane curiæ Monarchia. Extant in Monarchia prohibita Melchioris Goldasti Calvinistæ tom. 3.*

Scribebat anno salutis 1606. sub Paulo V. Pont. Max.

Ioannes Baptista Pacianus, Italus, edidit Italicè

*De præcedentia inter potestatem Ecclesiasticam & secularem, librum. Prodiit apud Franciscum Bonardum anno 1586.*

Claruit



Claruit sub Sixto V. Pontifice Optimo Maximo.

*Ioannes Baptista Spadius* de Firenzuola, Placentinus Ordinis Prædicatorum Theologus, euulgauit

*S. Romanæ Ecclesiæ triumphum ab Urbano VIII. Pont. Opt. Max. auctum.* Placentiæ apud Ardizzonum anno 1623. in 4.

*De Urbano VIII. Pont. Opt. Max. Erato, & Clio,* ex Virgilio, ad Bernardinum S. R. E. Cardinalem Spadium, Placentiæ apud Ardizzonum anno 1627. in 4.

*Elogium Proteon ad immortalem famam Urbani VIII. Pont. Opt. Max.* Carmina duo Italica, quæ in Carmina viginti duo millia octingenta triginta sex, Quaternarios quinque mille septingentos, & nouem, saluis semper rhythmo, & carminum Heroicorum iuribus, neque vnquam eodem repetito reducuntur.

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub Urbano VIII. Papa.

*Ioannes Baptista Stella*, scripsit carmine

*De anniuersaria Sixti V. coronationis celebritate.*

*Ioannes Baptista Tuffus*, Italus, Ordinis Clericorum Regularium Theologus, Episcopus Cerrarum, edidit

*De rebus gestis Pauli IV. Rom. Pont.* In historia Latina Ordinis sui Romæ 1609. in fol. edita.

Claruit tempore S. D. Pauli V. Papæ.

*Ioannes Baptista Viues*, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ, nomine Oratoris Regum Congi ad S. D. N. Urbanum VIII. Papam.*

*Ioannes Barclaius, Barclay*, Gallus, Guilielmi filius, edidit

*Pietatem, siue publicas pro Regibus ac Principibus, & priuatas pro Guilielmo Barclayo parente vindicias aduersus Cardinalem Bellarminum.* Prodiit 1612. & tom. 3. *Monarchia Melchioris Goldasti Caluinistæ.* Prohibetur in Decreto Romæ 1613.

*De potestate Papa librum impietate plenum, (teste Dempstero) & ab Ecclesia proscriptum.*

Obit Romæ sub S. D. N. Urbano VIII. Papa: sepultus est in Ecclesia S. Laurentij extra muros cum effigie marmorea, quæ postea ex Decreto S. Congregationis in Tyberim deiecta.



*Ioannes Bedaus de la Gourmandiere*, Gallus, Aduocatus Parisiensis, patriâ Andinus, edidit

*Ius Regum, contra Cardinalem Bellarminum, & alios Iesuitas.* Parisiis anno 1611. & Hanouix Typis Thomæ VVillierij, impensis Conradi Biermanni & consort. 1613. tom. 3. *Monarchie Melchioris Goldasti Calvinistæ.*

Viuebat Parisiis anno salutis 1611. sub Paulo V. Papa.

*Ioannes Bellaius, du Bellay*, Gallus, ex Episcopo 104. Parisiensi S. R. E. Presbyter Cardinalis Episcopus Ostiensis, & S. Collegij Decanus, scripsit

*Orationem, quam habuit coram Clemente VII. Pont. Max. & Henrico I. Francorum Rege Christianissimo.*

*Orationem alteram coram Clemente VII. & Francisco I. F. R. Masilia ex tempore habitam.*

Obiit Romæ anno Domini 1560. 14. Kal. Martij ætatis 68. sepultus est in Ecclesia Minimorum Gallorum SS. Trinitatis in Monte Pincio.

*Ioannes Bertrandus de Gueuarra*, Hispanus, edidit

*Propugnaculum Ecclesiastica libertatis, & Pontificia potestatis.*

*Ioannes Brunellus*, scripsit

*De Cardinalibus, & de potestate Legati librum.* Extat inter tractatus Iuris. Venetiis editos, tom. 13. p. 2. fol. 23.

*Ioannes Bunderius*, Gandauensis, Belga, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit

*De Romano Pontifice, in compendio concertationum, tit. 31.*

Obiit Gandau anno Domini 1557. 6. Idus Iunij sub Paulo IV. Papa.

*Ioannes Burchardus, vel Bucchardus*, Cæremonialium Papalium Magister, scripsit

*Diaria Alexandri VI. Romani Pontificis MSS. in Vaticano.*

*Diaria Innocentij VIII. MSS. Romæ.*

*Diaria Iulij II. MSS. Romæ.*

Floruit sub Iulio II. Summo Pontifice.

*Ioannes Burgundus de Maioricis*, scripsit

*Quod Papa possit renuntiare Papatui carmen, vnâ cum Commentarijs.*

*Ioannes*



Ioannes Busseus, Nouiomagensis, Belga, Societatis Iesu Theologus, edidit

*Disputationem Apologeticam pro Calendario Gregoriano, contra Iacobum Herbrandum, Doctorem Lutheranum Tubingensem, Herbipoli anno 1585.*

*Disputationem Theologicam de baptismo Constantini Magni. Moguntia anno 1589.*

*De statibus hominum, Pontificis, Ecclesiasticorum, &c. Moguntia anno 1613. in 4. Typis Albini.*

Luitprandi Ticinensis Diaconi opusculum *de ritu Romanorum Pontificum* in lucem edidit, ac illustravit. Moguntia anno 1602. Typis Ioannis Albini.

Anastasium Bibliothecarium & Abbonem Floriacensem *de Romanis Pontificibus* etiam edidit. Moguntia anno 1702.

Typis Ioannis Albini, ubi non pauca de eorum *Decretis* recitat, quæ non extant *in tomis Conciliorum.*

Floruit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

Ioannes Camerarius de Dalburg, Germanus, Episcopus 64. Vormatiensis, scripsit

*Orationem, quam habuit in promotione Innocentij VIII. Rom. Pont. nomine Ducis Bauariae.* Parisiis anno 1577. in 16. apud Hieronymum de Marnef.

Obiit anno salutis 1503. die 27. Iunij, sub Alexandro VI. Papa.

Ioannes Camillus Zaccagnius, Romanus, edidit Latine

*De laudibus Leonis X. Romani Pontificis orationes 2.* Romæ ex Typographia Iacobi Mascardi anno 1622. in 4.

Viuebat Romæ anno 1630. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

B. Ioannes Capistranus, Aprutinus, Ordinis Minorum Theologus, scripsit ad Nicolaum V. Romanum Pontificem

*De dignitate Ecclesiastica.*

*De potestate Papæ & Concilij librum.* Venetiis 1580. in 4. Exerat etiam inter *Tractatus iuris Venetiis editos tom. 3. p. 1. fol. 32.*

Decessit in ciuitate Villako diœcesis Bambergensis anno Domini 1456. sub Calixto III. Romano Pontifice.

Ioannes Carolus Potentius, S. Theolog. Doctor, edidit



*In columnam Pauli V. in Exquilij erectam, & in eius Sacellum Burgheſianum, Carmina.* Leguntur apud Bzouium in Pontifice Romano.

Floruit Romæ sub Paulo V. ſummo Pontifice.

*Ioannes Caruaial*, ciuis & Episcopus Placentinus, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis, Episcopus Portuenſis, natione Hiſpanus, ſcripſit

*In Apoſtolica Sedis deſenſionem.*

Obit Romæ anno ſalutis 1469. ſub Paulo II. Papa; ſepultus eſt in Eccleſia S. Marcelli cum Epitaphio.

*Ioannes de Caſanova*, Aragonius, Ordinis Prædicatorum Theologus, ex Magiſtro S. Palatii Episcopus Boſanus, poſt Elnenſis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sixti, ſcripſit

*De poteſtate Papa ſupra Concilium aduerſus conuentum Baſilienſem, librum.* Extat MS. Patauij in Bibliotheca Benedicſina S. Iuſtinæ, & in illa Benedicſti Saluatici Equitis, ac Medicinæ practicæ Profeſſoris Primarij.

Obit Florentiæ anno ſalutis 1436. ſub Eugenio IV. Romano Pontifice. Iacet in Eccleſia Fratrum Prædicatorum.

*Ioannes Caſomatus*, Cretenſis, & in Collegio Græcorum Græcè Humanitatis Profeſſor, edidit

*In Columnam Pauli V. in Exquilij conſtructam Carmina Graeca & Latina.* Extant apud Abrahamum Bzouium in Pontifice Romano.

Viuebat Romæ ſub Paulo V. Papa.

*B. Ioannes Charlerius*, à patria cognominatus Gerſonus Gallus, Doctor ac Cancellarius Academiæ Pariſienſis, ſcripſit

*Tractatum de poteſtate Eccleſiaſtica, & de origine iuris.* Extat tom. 2. *Monarchia Goldaſtina*, & inter eius opera Pariſiis edita.

*Concordiam, quòd plenitudo poteſtatis Eccleſiaſtica ſit in ſummo Pontifice & in Eccleſia, quamuis non omnino ſimpliciter, ibid.*  
*Sermonem de Viagio Regis Romanorum ad Antipapas, ibid.*

*De auferibilitate Papa ab Eccleſia, ibid.*

*De ſtatibus Eccleſiaſticis tractatum, ibid.*

*Tractatum de modo viuendi omnium fidelium, ibid.*

*Epistolam Pacis, ſeu Sermonem de tribulationibus ex defectu*



so Ecclesiasticorum regimine adhuc Ecclesia prouenturis, &c.  
ibidem.

De schismate tractatum, ibid.

De schismate tractatum alium, ibid.

Quaedam edita tempore schismatis Ecclesia de Concilio Generali unius obedientia, ibid.

Sermonem de Pace coram Benedicto Antipapa, ibid.

Considerationes de Pace, predicatas coram Benedicto XIII. Antipapa in Vrbe Tarasconensi, ibid.

Sermonem coram Papa Alexandro, ibid.

Sermonem coram Benedicto Antipapa habitum Masilia, ibid.

Propositionem factam coram Anglicis Lutetia Parisiorum cunctibus ad Concilium Pisanum, ibid.

Trilogum in materia schismatis, ibid.

Sermonem factum in Concilio Constantiensi post recessum Ioannis XXIII. Papa, ibid.

Tractatum, quomodo & an liceat in causis fidei à Papa appellare, seu eius iudicium declinare, ibid.

Tractatum contra Papam super potestate & auctoritate Ecclesie, ibid.

Excerpta de articulis contra Papam in processu productis, ibidem.

Propositionem factam coram Petro de Luna Antipapa, ex parte Vniuersitatis Parisiensis pro restrictione obedientia.

Opusculum de quibusdam scrupulis tempore schismatis Ecclesie.

De statu Papæ & Minorum Prælatorum.

De schismate Petri de Luna Antipapæ.

Migrauit ad Dominum Lugduni anno Christi 1429. sub Martino V. Romano Pontifice: sepultus est in Ecclesia S. Laurentij anno 1641. restaurata, vnâ cum Epitaphio marmoreo Gersonis in Bibliotheca nostra Gallicana vniuersali, relato.

S. Ioannes Chrysostomus, Antiochenus, Græcus, Patriarcha Constantinopolitanus, Ecclesie Doctor, scripsit Græcè

De SS. Petro & Paulo Apostolis orationem Encomiasticam. Colonie anno 1582. in 8. separatim, cum scholijs Gerardi Vossij. Lugduni sumptibus Ioan. Pillehotte 1616. in 4. Græcè.

Orationem



*Orationem alteram in Sanctos duodecim Apostolos.* Lugduni sumptibus Ioannis Pillehotte 1616. in 4. & Coloniae Græco-Latinè 1582. in 8. cum *scholijs* Gerardi Vossij.

*Homiliam in Petrum de mari*, super illud, *Si tu es Christus, iube me venire ad te.*

Obit circa annum Domini 407. sub S. Innocentio I. Romano Pontifice.

*Ioannes Chryostomus Vander Sterre*, Syluæducensis, Ordinis Præmonstratensis Theologus, Prior S. Michaëlis Antuerpiensis, edidit

*Hadriani IV. Papæ vitam.* Extat in *Natalibus* Sanctorum, Ordinis Præmonstratensis, Antuerpiæ 1625. in 4. editis.

Floruit sub Pontificatu S. D. N. Urbani VIII.

*Ioannes Ciampolus*, Basilicæ Vaticanæ Canonicus, edidit Latinè

*De Pontifice Maximo eligendo*, Orationem habitam in Sacrosancta Principis Apostolorum Basilica. Romæ apud Iacobum Mascardum 1623. in 4. Italicè verò,

*Canticum benedictionum in coronatione Urbani VIII. Pont. Opt. Max.* Romæ typis Iacobi Mascardi 1626. in 4.

Viuebat Romæ anno gratiæ 1633. sub Urbano VIII. Papa.

*Orationem, quam habuit ad Leonem X. Pontificem Maximum Romæ pro Henrici VIII. Angliæ Regis defensione.*

*Ioannes Cochlaus*, Norimbergensis, Germanus Theologus, edidit

*De Romano Pontifice*, in 4. Philippica.

*De Petro & Roma contra Velenum*, breues confutationes, contra quingentos articulos Martini Lutheri, & 36. Sermonibus eius excerptos, librum 1.

Claruit sub Paulo III. Romano Pontifice.

*Ioannes Colleus*, Anglus, Ordinis Fratrum Beatissimæ semperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo Theologus, scripsit

*De laudibus S. Petri Apostoli*, lib. de laudibus Apostolorum, cuius initium est: *Græcorum religio statuit*, &c.

Viuebat anno Christi 1440. sub Eugenio IV. Romano Pontifice.

*Ioannes Colton*, Anglus Theologus, scripsit

*De causa schismatis*, librum.

Viuebat



Vivebat sub Innocentio VII. Pont. Max.

*Ioannes Comus*, Alexandrinus, Ægyptius Coëpiscopus, scripsit  
*Ad Clementem VIII. Pont. Opt. Max. epistolam.* Extat in  
Appendice ad tomum 6. Annalium Ecclesiasticorum Cardi-  
nalis Baronij.

*S. Ioannes Damascenus*, cognomento Chryforas & Mansur Græ-  
cus, scripsit

*S. Dionysij Papæ vitam.*

Floruit sub Gregorio III. summo Pontifice.

*Ioannes Delphinus*, Batauus, Theologus, Coëpiscopus Argenti-  
nensis, scripsit

*De potestate Pontificis, librum.*

*De Notis Ecclesiæ tractatum.* Coloniae in 8.

*Ioannes Diaconus*, S. R. E. Cardin. Monachus Cassinensis, scripsit

*Gesta S. Clementis I. Papæ & Martyris.*

*De vita S. Gregorij Magni Papæ, libros 4.*

Claruit anno Domini 860. sub Nicolao I. Pontifice Opti-  
mo Maximo.

*Ioannes Diplouatius*, Patriarcha Constantinopolitanus, scripsit

*Innocentiij IV. Romani Pontificis vitam.*

*Ioannes Dominicus*, Lucifanus, Collegij Græcorum de Vrbe  
Alumnus, edidit carmine

*In imaginem B. Virginis amictam sole, depictam in Sacello Pau-  
li V. Papæ.* Leguntur apud Abrahamum Bzouium in Pontifice  
Romano.

*Ioannes de Dormanno, des Dormans*, Gallus, Episcopus 68. Bel-  
louacensis, ac Caroli V. Francorum Regis Christianissimi  
Cancellarius, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. Qua-  
tuor Coronatorum, & Legatus, scripsit, teste eruditissimo Car-  
dinali Perronio,

*De potestate Pontificali ac Regali Dialogum.*

Obiit Auenione anno Domini 1372. die 7. Nouembris,  
sub Gregorio XI. Rom. Pont. eius corpus postea delatum  
ad Carthusianos Parisinos, ibidemque sepultum ante ma-  
ius altare.

*Ioannes Driedo*, Turnhoutonus, Brabantius Doctor Louanien-  
sis, edidit



*De Romano Pontifice, lib. 4. cap. 3. p. 2. de scripturis & dogmatibus Ecclesiæ.*

Moritur Louanij anno Domini 1555. die 4. Augusti, sub Paulo IV. Papa.

*Ioannes Episcopus 79. Leodiensis, S.R.E. Cardinalis, S. Romani Imperij Princeps, Dux Bauariæ & Bullionæ, Comes Hollandiæ, Alberti Ducis filius, dispensatus in Concilio Constantiensi à Martino V. vxorem duxit Elizabetham Luxemburgensem, viduam Antonij Ducis Brabantiae, commatrem suam, scripsit ad Theodoricum à Niem, Pronotarium Romanæ Ecclesiæ,*

*Epistolam, quatenus Papa sit obediendum. Extat tom. 2. Monarchia prohibita Melchioris Goldasti Calvinistæ.*

Obiit repentina morte anno salutis 1428. sub Martino V. Papa.

*Ioannes Ekius, Sueuus, Theologus, edidit*

*De Primatu Petri aduersus Martinum Lutherum.*

Viuebat anno gratiæ 1520. sub Leone X. Papa.

*Ioannes Faber, Gallus, V.I.D. Aduocatus Parisiensis, edidit*

*De auctoritate Papæ in leg. 1. num. 10. Cod. de sum. Trinit. & fid. Cathol.*

Floruit anno salutis 1523. sub Clemente VII. Papa.

*Ioannes Faber, Germanus, Episcopus Viennensis in Austria, scripsit*

*De clauibus Petri.*

*De potestate Romani Pontificis aduersus Lutherum Hæresiarcham.*

Floruit sub Leone X. Romano Pontifice.

*Ioannes Fabri, Gallus, ex Monacho Tornusiano dicecesis Cabilonensis Abbas Vedastinus Attrebatensis, & Cancellarius Ludouici Andegauensis Siciliae Regis, deinde Episcopus 89. Carnotensis, scripsit*

*Librum, quod Petrus Roma sit sub Nerone Martyrio affectus.*

*De schismate tractatus aliquot.*

Obiit Auenione anno Domini 1390. sub Bonifacio IX. Papa.

*Ioannes Fernandus de Velasco, Magnus Castellæ Comestabilis, Dux*



Dux Feriæ, Comes Hari, Orator Philippi I I. Hispaniarum Regis, edidit

*Orationem, quam habuit Romæ, nomine Philippi II. Regis Hispaniarum ad Sixtum V. Rom. Pont.*

B. Ioannes Fisherus, seu Ficherus, Anglus, S. Th. Doctor & Cantabrigiæ Academiæ Cancellarius, Episcopus Roffensis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Vitalis, Martyr, edidit contra Vtricum Velenum

*Librum quod S. Petrus Apostolus fuit Romæ.*

*De Romano Pontifice, in refutatione art. 25.*

Londini martyrio coronatur iussu Henrici VIII. Regis Angliæ, anno salutis 1535. sub Paulo III. Romano Pontifice.

B. Ioannes Forestus, Anglus, Ordinis Minorum Theologus & Martyr, scripsit

*De auctoritate summi Pontificis tractatum. incipit, Nemo sibi sumit honorem, &c.*

Martyrij palmam adeptus est in Anglia ob defensionem Primatus summi Pontificis anno Christi 1538. sub Paulo I. I. Papa.

Ioannes Franciscus Bordinus, Romanus, Congregationis Oratorij de Vrbe Presbyter Theologus & Archiepiscopus Auenionensis, edidit ex Annalibus Ecclesiasticis Cæsaris Baronij Cardinalis

*Romanorum Pontificem vitas. Parisiis 1604. in 4. apud Abbelem Langelarium.*

*De rebus gestis Sixti V. Romani Pontificis, librum carmine. Romæ apud Iacobum Tornerium anno 1588. in 4. Latine.*

Obiit sub Pontificatu S. D. Pauli V. Papæ.

Ioannes Franciscus Commendonus, Venetus, Episcopus Zaynthenensis, ex Iulij III. Papæ Cubiculario & Protonotario Apostolico factus postea in patriam Legatus, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Cyriaci in Thermis, deinde S. Marci, scripsit

*De Curia Romana librum. Extat MS Patavij in Museo Ioannis Francisci Borisoni, ex Bibliothecis Patavinis, Iacobi Philippi Tomasini.*



Obiit Patavij anno Incarnationis Dominicæ 1584. die 7. Kal. Ianuarij, & ibidem in monasterio Capuccinorum, cum inscriptione alibi danda, sepulchro illatus fuit.

*Ioannes Franciscus Firmanus*, Italus, edidit Latinè

*De obitu & sepultura Pauli IV. Papa narrationem.* Colonia Vbiorum 1612. in 4. ex Officina Ioannis Kinkij.

Viuebat sub Pio IV. Pontifice Maximo.

*Ioannes Franciscus Marlianus*, Mediolanensis, Ioannis Galeazij Ducis Mediolani Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ, nomine Ioannis Galeazij ad Innocentium VIII. Rom. Pont.*

*Ioannes Franciscus Picus*, S. Romani Imperij Comes Mirandulanus, scripsit

*Apologiam pro Sauonarola Dominicano, contra excommunicationem Papalem.* Extat tom. 2. *Monarchia* Melchioris Goldasti Auctoris damnati, à pag. 1635. ad 1651.

*Ioannes Franciscus Poggius*, Florentinus, scripsit

*De potestate summi Pontificis & Concilij.*

*Ioannes Franciscus Terzanius*, Cremona, I. C. Ferraricenfis, edidit *Orationem ad Sixtum V. Pont. Max.* pro Serenissimo Alphonso II. Estense Duce Ferrariæ, obedientiam præstante Illustrissimo & Excellentissimo Cæsare Estense eiusdem Ducis Patruele, habitam. Romæ 9. Kal. Iunij 1585. in 4. Venetiis apud Ioachinum Brugniolum 1586.

*Ioannes Fridericus, & Ioannes Guilielmus*, Saxonix Principes fratres ediderunt

*De S. Gregorio Magno declamationem.* VVitembergæ anno 1593. in 8.

Viuebant tempore Pontificatus S. D. Gregorij XIII.

*Ioannes Garcæus*, Germanus, edidit

*Collationem summi Pontificis veteris & noui Testamenti.* Lipsiæ in 8.

Floruit anno salutis 1567. sub Pio V. Pont. Opt. Max.

*Ioannes Genesius Sepulveda*, Cordubensis, Hispanus, edidit

*Res gestas Ægidij Albornotij Hispani Cardinalis, qui totam ferè Italiam oppressam tyrannica seruitute in libertatem asseruit, Ecclesiæque restituit, & Pontificem exulantem Auenione Romam deduxit.*



*deduxit.* Bononiæ anno 1521. apud Hieronymum de' Benedi-  
dictinis, & Basileæ apud Robertum V Vinterum.

Claruit sub Leone X. Romano Pontifice.

*Ioannes Georgius Hernnartus*, Germanus, edidit

*Ludouicum IV. Imperatorem defensum aduersus Abrahamum  
Bzouium.* Monachij in Bauaria anno 1618. in 4. tom. 2. Hoc  
pertinet ad Ioannis XXII. Papæ historiam.

Viuebat sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Ioannes Giacchetus*, Italus, Serranus Confessor Monialium S. Syl-  
uestri de capite, edidit

*De S. Syluestro I. Papa*, in historia Ecclesiæ S. Syluestri ad  
caput Italicè, edita Romæ apud Mascardum anno 1625. in 4.

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub S. D. N. Vrba-  
no VIII. Papa.

*Ioannes Gobelinus*, edidit Latinè

*Pij II. Romani Pontificis vitam.* Extat ante *Commentaria re-  
rum mirabilium*, dicti Pij II. Romæ apud Dominicum Basam  
1584. & alibi edita.

*Ioannes Gomesius de Silua*, Lusitanus, Sebastiani Regis Portugal-  
liæ & Algarbiorum Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ nomine Sebastiani Regis ad  
Gregorium XIII. Pont. Opt. Max.*

*Ioannes Gothofredus ab Eschaussen*, Germanus, Episcopus Bam-  
bergenfis, S. Romani Imperij Princeps, Matthiæ Imperatoris  
Romani Orator, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ nomine Matthiæ Imperatoris  
ad Paulum V. Romanum Pontificem.*

*Ioannes de la Grolaye*, seu *de Villiers*, Gallus, ex Monacho & Ab-  
bate 61. Sandionysiano Parisiensi & S. Quintini Bellouacen-  
sis, Episcopus Lombariensis, Præses in Scacario Normaniæ,  
Orator Regius Romæ, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit.  
S. Sabinæ in Auentino, scripsit

*Orationem, quam habuit ad Romanum Pontificem & Cardina-  
lium cæterum.*

Obiit Romæ anno salutis 1499. 8. Idus Augusti sub Ale-  
xandro VI. Papa: sepultus in Sacello Regis Francorum, in  
Basilica S. Petri Vaticana.



*Ioannes Hagen*, seu de *Indagine*, Germanus, Ordinis Carthusianorum Theologus, scripsit ex Bibliotheca Carthusiana Petrai

*De tempore schismatis* lib. 1.

*De auctoritate Papa in Concilio* lib. 1.

[*De omnibus statibus spiritualium, videlicet, Papa, Cardinalium, &c.*

*De potestate absoluendi excommunicatos, quorum absolutio Papa reſeruat.*

Viuebat anno Christi 1460. sub Pio II. Rom. Pont.

*Ioannes Hemelarius*, Belga, edidit metricè

*De breuitate Pontificatus Leonis XI. libellum.* Extat apud Cl. V. Andream Duchesnum, ad calcem *vita Leonis XI.* Latinè.

Claruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Ioannes H. ſſelius*, Belga, ciuis & Doctor Louaniensis, scripsit

*De perpetuitate Cathedra S. Petri.*

Deceſſit Louanij anno Domini 1566. 7. Idus Nouembris, sub Pio I V. Papa: ſepultus eſt in Eccleſia D. Petri iuxta Sacrarium cum Epitaphio.

*Ioannes Hieronymus Albanus*, Bergomensis, I C. Protonotarius Apoſtolicus, Piceni Gubernator, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Ioannis ante portam Latinam, ſcripsit

*De donatione Constantini Imperatoris Eccleſia facta* lib. 1.

*De auctoritate Summi Pontificis* lib. 1.

*De Concilio* lib. 1.

*De Cardinalatu* lib. 1.

Obiit Romæ anno Domini 1591. 7. Kalend. Maij, ætatis 85. sub Gregorio XIV. Papa: ſepultus eſt in Eccleſia Auguſtinianorum S. Mariæ de Populo, cum Epitaphio.

*Ioannes Iacobus Boſſardus*, Sequanus, edidit

*Pij II. & Hadriani VI. Romanorum Pontificum Elogia*, quæ habentur in opere Elogiorum; quod tamen prohibitum eſt, Elogiorum cauſâ Hæreticorum in eo relatorum.

Claruit sub Pontificatu S. D. Gregorij XIII. Papæ.

*Ioannes Iacobus Chiſſetius*, Patricius Veſuntionenſis, Sequanus, Medicus, edidit

*S. Lini Papa & Archipreſulis Veſuntionenſis Elogium.* Extat



*in Vesuntione Imperiali part. 2. Lugduni 1618. in 4. Latinè apud Claudium Cayne edita.*

Viuir Bruxellis hoc anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Ioannes Iacobus, aliis Franciscus Guicciardinus, Italus, edidit*

*De rebus gestis Iulij II. Romani Pontificis, in historia Italiæ anno 1566. in fol. Basileæ edita.*

*Ioannes Iaubertus de Barrault, Gallus, ex Episcopo Vasatenfi Archiepiscopus Arelatenfis, edidit Gallicè*

*De Romano Pontifice, in Scuto fidei Catholicæ, aduersus Scutum prætensæ religionis Petri Molinæi Caluinistæ. Parisiis anno 1632. in fol. apud Sebastianum Cramoisy edito.*

Viuir anno salutis 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Ioannes Imperialis, Vincentinus, Medicus, edidit*

*Vrbani VIII. Rom. Pont. breue Elogium. Extat ante Elogia virorum illustrium, quæ prælo mandauit Venetiis apud Iuntas 1640. in 4. Latinè.*

Viuir Vincentiæ anno salutis 1642. sub Urbano VIII. Summo Pontifice.

*Ioannes Lasardus, Gallus, Monachus Ordinis Cœlestinorum, scripsit*

*De rebus gestis SS. Gregorij Magni & Cœlestini V. in historia vniuersali.*

*Ioannes, Lector S. R. E. scripsit*

*Historiam atque vitam Constantini Magni Imperatoris Apostolorum æqualis. Hæc pertinent ad historiam Syluestri I. Papæ. Extat MS. Constantinopoli in Bibliotheca Ioannis Suzi, Græcè, vt testantur Verderus & Possuinus.*

*Ioannes Leibius, Germanus, edidit*

*Apophthegmata, Symbola & Prouerbia Pontificum, Imperatorum, &c. Coburgi apud Fridericum Grunerum 1627. in 12.*

Viuibat sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Ioannes le Ieune, seu Iuuenis, Picardus, V. I. D. Episcopus 60. Matifconensis, 51. Morinensis, & 59. Ambianensis, tandem S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Laurentij in Lucina, scripsit ad Nicolaum V.*

*Eugenij*



*Eugenij IV. Romani Pontificis vitam.*

Obiit Romæ anno Domini 1451. die 9. Septembris, sub Nicolao V. Papa; sepultus in Ecclesia S. Laurentij in Lucina, cum Epitaphio.

*Ioannes Lensæus Belga*, Doctor Theologus Louanienfis, edidit *De Romano Pontifice*, in operibus de Ecclesia Louanij editis.

Moritur Louanij anno Verbi Incarnati 1593. postridie Kalendas Iulij, ætatis 52. sepelitur in Ecclesia D. Petri.

*Ioannes Leo*, Romanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, scripsit ad Eugenium IV. Papam.

*De Ecclesiastica potestate, librum 1. incipit, Rerum diuinarum omnes admodum tractatores.*

*De gestis Concilij Basiliensis, librum.* Extabat MS. in Bibliotheca Eminentissimi Lælij Biscaix Cardinalis.

Vixit sub Eugenio IV. Romano Pontifice.

*Ioannes de Leouardia*, Frisius, Ordinis Minorum, Doctor Theologus, scripsit

*De Romano Pontifice, lib. de Ecclesia Christi.*

Floruit circa annum Domini 1590. teste Suffrido Petro de scriptoribus Frisix, sub Sixto V. Pont. Max.

*Ioannes Lieureus, le Lieure*, Ambianensis, Picardus, S. Th. D. Canonicus Viennensis ac Abbas S. Ferreoli, edidit Gallicè

*Calixti II. Papa, aliàs Archiepiscopi Viennensis, Elogium*, in Antiquitatibus Viennensibus.

Obiit Viennæ sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Ioannes Longiacus*, Lemouicensis, Aquitanus, scripsit

*In laudem Clementis VII. Romani Pontificis orationem*; quæ afferuabatur MS. in Bibliotheca Guilielmi Sirleti Cardinalis, ex Antonio Posseuino in *Apparatu sacro*.

Floruit sub Clemente VII. Papa.

*Ioannes à Louanio*, Brabantinus, Theologus, scripsit

*De perpetua Cathedra S. Petri protectione & firmitate*, ex Antonio Posseuino in *Apparatu sacro*, v. I.

*Ioannes à Louanio*, Belga, Ordinis Carthusianorum Theologus, an sit alter à superiore, nihil explorati habeo, scripsit

*De Romanorum Pontificum vitis*, ex Francisco Svervio in *Athenis Belgicis*, v. I.

*Ioannes*



*Ioannes Lucidus Catanus*, Italus, Ducis Mantuæ Orator Romanus, scripsit

*Orationem habitam Romæ nomine Ducis Mantuæ ad Alexandrum VI. Rom. Pontificem.*

*Ioannes Lupus*, è Palatiis Rubeis, Segobiensis, Hispanus I. C. scripsit

*De Romano Pontifice, libros 6. de libertate Ecclesiastica.*

*Ioannes Maria*, Taliasserrus, scripsit

*De Ecclesiastica Politia, libros 12.*

Viuebat tempore Pontificatus S. D. Clementis VIII.

*Ioannes Maria Verratus*, Ferrariensis, Ordinis Carmelitarum Theologus, edidit aduersus Lutheranos

*De Primatu Petri & Sedis Apostolica, librum 1. Venetiis anno 1571. in 8.*

*De Ecclesia & eius auctoritate, lib. 1. Venetiis 1471. in 8.*

Obiit Ferrariæ anno Domini 1553. sub Iulio III. Papa; sepultus in claustro prope Sacellum S. Iacobi, cum Epitaphio à nobis Ferrariæ collecto, quod (Deo dante) in nostra Bibliotheca Carmelita dabimus.

*Ioannes Marius Verdizonius*, edidit

Carmen inscriptum, *Hæresis*. Ad Ioannem Antonium Fachinetum, qui postea fuit Innocentius IX. Pontifex Maximus, legitur ad calcem libri carminum Gabrielis Flammæ Veneti.

*Ioannes Marsicanus*, S. R. E. Cardinalis, Episcopus Tusculanus ab Urbano II. creatus, scripsit contra Imperatorem Henricum V.

*Orationem luculentam excitantem populum Romanum ad defensionem Pontificis Paschalis II. armaque capienda pro eo.*

Obiit sub Paschali II. Pontifice Maximo.

*Ioannes Marsilius*, Theologus Neapolitanus, edidit

*Votum pro Republica Veneta, oppositum voto Cardinalis Baronij. Extat tom. 3. Monarchia Melchioris Goldasti Caluinistæ pag. 374. ad 380. Venetiis 1607. in 4.*

*Exceptionem contra citationem per edictum Cardinalium Romanorum in causa Veneta. Extat tom. 2. Monarchia Goldasti à pag. 477. ad 486.*

Viuebat sub Paulo V. Pontifice Maximo.

*Ioannes Matthæus Caryophilus*, Cretensis, Archiepiscopus Iconiensis, edidit



*Confutationem Nili Thessalonicensis de Primatu Papa*, Græcè & Latinè. Parisiis apud Adrianum Taupinart, via Iacobæa 1626. in 8.

*Concilium Florentinum*, sæpius editum.

Librum qui sub nomine Gennadij circumfertur, *pro defensione Concilij Florentini*. Romæ typis sacræ Congregationis de fide propaganda in 4.

Vixit Romæ anno salutis 1633. sub S. D. N. Urbano VIII. *Ioannes Molinens*, vulgò *Vander Meulene*, Gandauensis, I. V. D. Louanij in D. Petri Gandauensis Ecclesiæ Decanus, Vniuersitatis Cancellarius, & Decretorum Professor Primarius, Ducissæ Parmensi Belgium administranti ab Eleemosynis, edidit *Orationem habitam nomine Belgarum ad Gregorium XIII. Pont. Max. & Cardinalium Collegium*.

Obiit in Italia, lapsus in phrenesin, ex Francisco Svertio in *Athenis Belgicis*.

*Ioannes Monachus*, Ordinis Cœlestinorum, ac S. Petri Cœlestini discipulus, scripsit

*S. Cœlestini V. Romani Pontificis vitam*, sub quo floruit.

*Ioannes Morinus*, Blesensis, Gallus, Congregationis Oratorij Iesu Presbyter & Theologus, edidit

*De S. Syluestro I. Papa*, in historia Constantiniana, seu Ecclesiæ Parisiis anno 1630. in fol. edita.

Vixit hoc anno 1642. in Gallia, sub Urbano VIII. Pontifice Max.

*Ioannes Mutius*, Aurelius Mantuanus, edidit carmine

*Elogia ad Leonem X. Romanum Pontificem*.

Floruit sub prædicto Leone X. Papa.

*Ioannes Neunhauser*, Germanus, Ratisbonensis Decanus, ac Alberti Bauariæ Ducis Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ nomine Alberti Ducis Bauaria ad Innocentium VIII. Romanum Pontificem*.

*Ioannes Nicolaus Paschalis Alidosius*, Bononiensis, Italus, edidit *De summis Pontificibus, Cardinalibus, &c. Bononiensibus*.

*Ioannes de Nigraualle*, Canonicus Regularis S. Augustini, edidit *De Romanis Pontificibus Ordinis Canonicorum Regularium*, lib. de illustribus viris eiusdem Ordinis.

*Ioannes*



*Ioannes Pagans*, vulgò *le Paige*, Gallus, Ordinis Præmonstratensis Canonicus & Syndicus, Doct̃or Parisiensis, edidit

*Elogia breuia summorum Pontificum Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini*, in Bibliotheca Præmonstratensi Parisiis anno 1633. in fol. apud Adrianum Taupinart edita, lib. 1. sect. 12. pag. mihi 121. & seqq.

Viuit Parisiis sub S. D. N. Urbano VIII. Pontifice Optimo Maximo.

*Ioannes de Parisijs*, seu *Parisiensis*, Ordinis Prædicatorum Doct̃or Sorbonicus, scripsit

*De potestate Regia & Papali tractatum*. Extat tom. 2. *Monarchia* Melchioris Goldasti Caluinistæ à pag. 108. ad 147.

Floruit anno Domini 1305. sub Clemente V. Papa.

*Ioannes Patriarcha*, Constantinopolitanus, scripsit

*De comparatione Maximi Pontificis ad Concilium*, & *Ioanne Molano in Bibliotheca materiarum v. Pontifex*.

*Ioannes Patriarcha*, an alter, ignoro, scripsisse comperio

*Librum contra Papatum*. Extat MS. in Bibliotheca Imperiali Viennæ. Prohibetur ex *Regulis* Magistri S. Palatij, sicuti & omnes alij, qui aduersus Papam scripserunt.

*Ioannes Paulus Flavius Albetanus*, edidit

*Orationem*, quam dixit in funeribus *Pauli IV. Romani Pontificis Romæ*. Prodiit Colonix Vbiorum anno 1612. in 4. cum aliis eiusdem argumenti.

Vixit sub Pio IV. summo Pontifice.

*Ioannes Paulus Mucantius*, Italus, Pontificij Sacelli rituum Magister, scripsit

*Diariorum Pontificiorum*, tomos 2.

*Observationem ceremoniarum anni Iubilæi, ubi de ceremonijs Romani Pontificis*. MS. Romæ in Vaticano.

*Ioannes Pedrezanus*, Theologus, edidit

*Responsionem ad Venetos*.

Claruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Ioannes Pelecius*, Germanus, S. I. Theologus, Ingolstadiensis Professor, edidit

*De Romano Pontifice*, in tractatu *de Ecclesia Christi militante in terris*, Dilingæ anno 1590. in 4. edito.



Vixit sub Pontificatu Clementis VIII. Pont. Max.

*Ioannes Petrus Camusius*, vulgò *Camus*, Parisiensis, Episcopus Bellicensis, edidit Gallicè

*De omnibus Romanis Pontificibus à S. Petro usque ad S. D. N. Urbanum VIII.* Parisiis ann. 1630. in 8. apud Iosephum Cottereau.

Viuit Parisiis hoc anno salutis 1642. sub Urbano VIII. Papa.

*Ioannes Petrus Ferettus*, edidit

*De Baptismo Constantini à S. Syluestro Papa factò*, in lib. de Eparchatu.

*Ioannes Petrus Maffæus*, Bergomas, Italus, S. I. Theologus, scripsit

*De vita Gregorij XIII. Pont. Max. libros 13.* ex Petro Ribadeneira in *Catalogo Scriptorum Societatis Iesu, v. I.*

Obiit anno gratiæ 1603. die 20. Octobris, sub Clemente VIII. Rom. Pont.

*Ioannes Petrus Rubeus*, vulgò *Rossi*, Italus, Societatis Iesu Theologus, ac S. Petri in Vaticano Pœnitentiarius, edidit Italicè

*De morte Urbani VII. Rom. Pont. relationem.* Romæ apud Ioannem Martinellum 1590. in 4.

Vixit sub Gregorio XIV. Pont. Opt. Max.

*Ioannes Pinus*, Tolosanus, Episcopus Riuenfis, Regis Francorum Orator Romanus, edidit

*Orationem Romæ in Aula Regia ad summum Pontificem habitam, cum nomine Regis Christianissimi, summo Pontifici obedientiam præstaret*, ex relatione Cl. viri Dionysij Saluagnij Boessij, Protopræsidis Camerae computorum Delphinatus.

Vixisse puto sub Alexandro VI. Romano Pontifice.

*Ioannes de Poliacò*, Gallus, scripsit

*Contra summi Pontificis auctoritatem librum*; quem pereruditè refutauit Petrus Paludanus, Dominicanus. Prohibetur

*Ioannes Puteanus*, vulgò *du Puy*, Vasco, Augustinianus, Regius Professor Theologiæ in Academia Tolosana, edidit

*De Romano Pontifice*, in Summa theologica Tolosæ in fol. edita.

Migrauit ad Dominum anno salutis 1623. die 16. Ianuarij sub Gregorio X V. Rom. Pont. sepultus apud suos Augustinianos.

*Ioannes*



*Ioannes Quintinus*, Eduus, vel Augustodunensis, Burgundus I.C. edidit

*Aristocratiam Christiana civitatis, quâ descriptio Pontificij & Regij Imperij continetur, in cap. nouit.* Parisiis apud VVechelum. Claruit sub Paulo III. summo Pontifice.

*Ioannes Randeus*, aliàs *Martinus de Caratis*, Laudensis Theologus, edidit

*De casibus, in quibus summus Pontifex non dispensat, librum 1.*

*Ioannes Rioche*, Brito, Ordinis Minorum, S. Th. Doctor, ac Prouinciæ Armoricæ Minister Prouincialis, edidit Gallicè

*Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad Gregorium XIII.* Extat in *Compendio temporum & historiarum*, Parisiis anno 1576. in 8. apud Guilielmum Iulianum edito.

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

*Ioannes Riudadellus Taruisinus*, Italus, edidit Latinè

*Elogia Bonifacij V. Ioannis V. Stephani V. Leonis V. Benedicti V. Gregorij V. Innocentij V. Hadriani V. Celestini V. Clementis V. Urbani V. Martini V. Nicolai V. Pij V. & maximè Sixti V. Romanorum Pontificum.* Romæ anno 1581.

Floruit sub Sixto V. Romano Pontifice.

*Ioannes Roa Auila*, Hispanus, Prior Caberi Ordinis Canonico-regularium S. Augustini, scripsit

*De potestate Ecclesie, & concursu potestatis Principum, tom. 4.* ex Leone Allatio in *Apibus Vrbanis, v. 1.*

Viuebat Romæ anno Domini 1631. sub Urbano VIII. Papa.

*Ioannes Robertus*, Leodiensis, Societatis Iesu Theologus, edidit Latinè

*Elogia S. Gregorij Magni & Pauli IV. Romanorum Pontificum, in suis quinquaginta Sanctorum Iurisperitorum Elogiis.* Leodij anno 1632. in 16. editis, typis Ioannis Ouvverx.

Viuit sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Ioannes Roccius*, scripsit

*Sixti IV. Romani Pontificis vitam.* Extat MS. Romæ in Bibliotheca Angelica Augustinianorum.

*Ioannes Rodericus Sancta-Crucius*, Dux Naiarensis, Philippi I. Hispaniarum Regis Catholici Orator Romanus, scripsit

A a a 3 Oratio



*Orationem, quam habuit Romæ, nomine Philippi II. ad Gregorium XIII. Papam.*

*Ioannes Ruffus, Anglus, Ordinis Prædicatorum Theologus, scripsit*

*De Romanis Pontificibus librum.*

Viuebat anno Domini 1290. sub Nicolao IV. Romano Pontifice.

*Ioannes Sarisberiensis, natione Anglus, patriâ Viltunensis, Episcopus 67. Carnotensis in Gallia, scripsit*

*De statu Curie Romanae librum.*

Obiit Carnoti anno Verbi Incarnati 1180. sub Lucio III. Romano Pontifice; sepultus est in Abbatia S. Mariæ de Iosaphat, Ordinis S. Benedicti eiusdem diœcesis.

*Ioannes de Selua, vulgò de Selue, Gallus, Præses Parisiensis, scripsit*

*De auctoritate Papæ, in tractatu de beneficijs.*

*Ioannes Senese, Italus, edidit suo vulgari sermone*

*Relationem equitationis & ceremoniarum factarum, dum S. D. N. Paulus V. possessionem adeptus est in Ecclesia S. Ioannis Lateranensis, die 6. Nouembris, ann. 1605. Romæ apud Ludouicum Zannetum 1605. in 12.*

Floruisse constat sub Pontificatu Pauli V.

*Ioannes Seueranus, Sancto-Seuerinas, Congregationis Oratorij Presbyter, edidit*

*Romam Subterraneam, quæ legenda est pro historia Pontificia.*

Vixit Romæ sub S. D. N. Urbano VIII. Rom. Pont.

*Ioannes Siculus, Græcus, scripsit*

*De Romanis Pontificibus, in historia Ecclesiastica, M S. Græcè.*

*Ioannes Simonis, Batavus, Ordinis Carmelitarum Theologus, scripsit*

*De potestate summi Pontificis, Conciliorum & Caesaris, ex Francisco Syvertio in Athenis Belgicis. Differt ab alio eiusdem nominis, qui vocatur Ioannes Baptista Leo, de quo Monarchia Melchioris Goldasti tom. 3.*

Claruit anno Domini 1475. sub Sixto IV. Rom. Pont.

*Ioannes*



*Ioannes Stalenus*, Germanus, Pastor & Canonicus Resensis, edidit Latinè

*Papissam monstrosam & meram fabulam, siue dissertationem Historico-Theologicam, quâ ex vulgi errore ortam, de Papissa figmentum, ex vera Chronologia & alto scriptorum in subsequen-  
tibus annis de ea silentio, vii & leui, ac incerta recentiorum nar-  
ratione penitus profligatur & elimatur.* Colonia apud hæredes Bernardi Gualteri 1639. in 8.

Vixit sub S.D.N. Urbano VIII. Rom. Pont.

*Ioannes Stamberius*, Anglus, Carmelita Doctor Oxoniensis, ex Confessario Henrici I V. Anglorum Regis Episcopus Ban-  
chorensis, deinde Herefordensis, scripsit

*De potestate Pontificia, librum 1. incipit, Leges humanas an  
Papa poterit, &c.*

*De discrimine iurisdictionum, lib. 1. incipit, Pontificatus di-  
gnitas & præc.*

Obiit Ludlouuæ apud Carmelitas Anglos anno Domini 1474. sub Sixto I V. Papa; eius corpus postea delatum fuit Herefordiam, ibidemque sepultum.

*Ioannes Stella*, Venetus, Sacerdos, edidit

*De Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad Iulium II.* Basileæ anno 1570. sed cauendum est (ait Posseuinus) ab hac editio-  
ne, quia è ciuitate hæretica prodiit.

Viuebat tempore Pontificatus Iulij II.

*Ioannes Stolanus*, Theologus, edidit

*De Romano Pontifice, seu de Primatu Petri & Romana Ec-  
clesiæ.*

*Ioannes Strangius*, edidit

*In Columnam à Paulo V. Pont. Max. è veteri Pacis templo in  
Exquilinum translata, carmina.* Extant apud Abrahamum  
Bzouium in Pontifice Romano.

Floruit Romæ sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Ioannes Superantius*, Presbyter, edidit

*Veri Optimi Maximi S.R.E. Pastoris simulachrum, seu de lau-  
dibus Beatissimi Papa Gregorij XV. fragmentum.* Romæ apud  
Iacobum Mascardum anno 1621.

*Ioannes Theodoricus*, vulgò *Thierry*, Lingonensis, Campanus,  
Ordinis,



Ordinis Minorum S. Francisci de Paula, edidit & emendauit

Platinam *de Romanis Pontificibus*. Parisius apud Ioannem Petit.

Viuebat anno Incarnationis Dominicæ 1531. sub Clemente VII. summo Pontifice, ex *Chronico Minorum Francisci Lanouij*.

Ioannes Tomcus, Marnauitius, Episcopus Bosnensis in Sardinia, edidit

*De S. Caio Papa & Martyre*, lib. de vnica Gentis Aureliæ Valeriæ Salonitanæ Dalmaticæ Nobilitate. Romæ apud Ludouicum Grigmanum 1628. in 4.

Floruit sub S.D.N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

Ioannes Trithemius, Germanus, Abbas Spanheimensis, Ordinis sancti Benedicti, scripsit

*De S. Petro Apostolo Rosarium*.

Vixit sub Alexandro VI. summo Pontifice.

Ioannes de Turrecremata, Hispanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, ex Magistro sacri Palatii S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Xisti, demum Episcopus Sabinus, scripsit

*De Pontificatu S. Petri*, ex Molano in *Bibliotheca materialiarum*.

*De potestate Papa & Concilij*, librum 1. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti.

*De controuersia Eugenij IV. Papa & Concilij Basiliensis*, librum. Extat Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti vol. 345. num. 2.

Flores sententiarum D. Thomæ, de auctoritate summi Pontificis 73. explicatos, & Iuliano Cardinali dicatos. Incipiunt, *Mandastis Reuerendissime Pater, & D. Præstantissime, D. Iuliane, Dignissime Presbyter Cardinalis*. Extant MSS. Patauij in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis, & Romæ in illa Eminentissimi Cardinalis Biscix anno 1638. die 20. Nouembris, Romæ demortui.

*Summam de Ecclesia*.

*Apparatum super Decretum Eugenij IV. Papa de vnione Græcorum cum Latinis*.

Decessit



Decessit Romæ anno Domini 1468. die 7. Kal. Octobris, sub Paulo II. Papa, corpus eius in Basilica Ordinis Prædicatorum S. Mariæ super Mineruam in Sacello Annunciatae, cuius Societatem pro maritandis puellis ipse instituit, marmoreo sepulchro, quod hodie extat, honorificè conditum est, cum Epitaphio in nostra Bibliotheca Cardinalis, relato.

*Ioannes de Vesalia*, Cliuiensis Medicus, scripsit

*Exhortationem ad Eugenium IV. Papam de Calendarij correctione.*

Floruit sub dicto Eugenio IV.

*Ioannes Viuonius*, Marchio Pisani, Gallus, Henrici III. Francorum & Polonorum Regis Christianissimi Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ nomine dicti Regis ad Sixtum V. Pont. Opt. Max.*

*Ioannes VValterus*, Gandauensis, I.C. edidit

*De rebus gestis summorum Pontificum, Cardinalium, Episcoporum, Imperatorum, &c. In Chronico Ecclesiastico Politico.*

*Iodocus Badius Ascensius*, siue *Ascanius*, Brabantinus, Typographus Parisiensis, scripsit

*Summaria, seu Epitomata 124. Capitulorum operis prohibiti 90. Dierum Guilielmi Ockami Franciscani. Extant tom. 2. Monarchiæ prohibita Melchioris Goldasti Caluinistæ à pag. 977. ad 993.*

Vivebat anno gratiæ 1526. sub Clemente VII. Pontifice Maximo.

*Iodocus Coccinus*, Bileueldianus, Canonicus Iuliacensis, Theologus, edidit

*De Romano Pontifice*, in Thesaurò Catholico tom. I. pag. mihi 781. & seqq.

Vixit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

*Iodocus Rauenstein*, Tiletanus, Flander, Doctor Louaniensis, edidit

*De S. Petro*, in Apologia cap. 24.

Floruit sub Sixto V. summo Pontifice.

*Joseph Maria Suaresius*, seu *Suares*, Auenionensis Præpositus, I.C. & Eminentissimi Cardin. Barberini Bibliothecarius,

B b b

nunc



nunc Episcopus Vasionensis. meditatur, vt habeo ex ipsius  
*Epistola* ad me Lugdunum transmissa,

*Concilium Romanum Martini I. Papa, cum Honorij Papa sanctissimi vita, Opusculis & Vindicijis.*

*Damasi Papa sanctissimi opera.*

*Heptada, seu Pontificum, qui Auenioni sederunt, res gestas, ex varijs Diarijs, Regestis & Manuscriptis excerptas.*

*Apologias Ioannis XII. & Ioannis XXII. Rom. Pont.*

*De Donis Pontificijs.*

Viuit hoc anno Verbi Incarnati 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Ioseph Pamphilius, Veronensis, Augustinianus, Episcopus Signinus, scripsit*

*De Canonibus Apostolorum & Epistolis primorum Pontificum Romanorum longam & eruditam disputationem.*

Viuebat anno salutis 1579. sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

*Ioseph Pastorellus, vulgò Pasturel, Claro-monferrandus, Aruernus, Canonicus Ecclesiæ Collegiatæ nostræ Dominæ Montisferrandi, vertit Idiomate Gallico*

*Vitam Clementis IV. Pont. Max. à R. P. M. Claudio Picqueto, Franciscano, Latinè conscriptam. Asseruatur Lugduni apud Cl. V. Renatum Gros à S. Ioyrio, Equitem Michaëlinum, cuius beneficio legi.*

Viuit Claro-monferrandi hoc anno salutis 1642. sub Pontificatu S. D. N. Urbani VIII. Papæ.

*Ioseph Ripamontius, Mediolanensis, Ordinis Ambrosianorum, edidit*

*Urbani III. & Alexandri V. Romanorum Pontificum, antea Archiepiscoporum Mediolanensium Elogia, in historia Archiepiscoporum Mediolanensium.*

*Ioseph Stephanus, aliis perperam Ioannes, Valentinus, Hispanus, Episcopus Vestanus, edidit*

*Orationem habitam Romæ nomine Ioannis Fernandes de Velasco, Regis Catholici Oratoris, ad Sixtum V. Rom. Pont. anno 1586.*

*De adoratione pedum Romani Pontificis disputationem. Ienæ 1579. in 8. & Venetiis eodem anno in 8.*

De



*De Romani Pontificis coronatione & elevatione.* Romæ, Ienæ, & Venetiis anno 1579. in 8. etiam inter *Tractatus iuris* Venetiis excusos.

*De potestate coactiva Romani Pontificis.* Romæ in 4.

Claruit sub S. D. Sixto V. Pont. Opt. Max.

*S. Irenæus*, origine Asianus, Episcopus 2. Lugdunensis & Martyr, scripsit

*Romanorum Pontificum catalogum à S. Petro usque ad S. Eleutherum.*

*De S. Petro Apostolo & Simone Mago* lib. 1. cap. 20.

Martyrio coronatur Lugduni in Gallia anno Christi 203. sub S. Zepherino Papa.

*Isidorus de Isolanis*, Mediolanensis, Ordinis Prædicatorum Theologus, scripsit

*De imperio Ecclesia militantis.*

Floruit sub Hadriano VI. Pontifice Maximo.

*Isidorus Mosconius*, Perusinus IC. Archiepiscopus Bononiensis, Vicarius Generalis, edidit

*De Romano Pontifice*, libris de Maiestate militantis Ecclesiæ Venetiis anno 1602. in 4. apud Ioannem Baptistam Ciottum, Franciscum Franciscium, & Paulum Meiettum editis.

Claruit sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Iulianus Casariinus*, Romanus, Protonotarius Apostolicus, Episcopus Grossetanus, deinde vtriusque Signaturæ Referendarius, tandem S. R. E. Diaconus Cardinalis S. Angeli, in foro piscium, post Presbyter tit. S. Sabinæ, ac Episcopus Tusculanus, ac Concilij Basiliensis Legatus, scripsit

*De potestate Concilij Basiliensis.*

*Orationem ad Boëmorum Legatos inibi habitam.*

Occisus est in Hungaria in bello contra Turcas mense Iulio anno 1445. sub Eugenio IV. Rom. Pont. seu anno 1444. die 10. Nouembris, ex *Additionibus* Andreæ Victorelli ad Ciaconium.

*Iulij II. Papæ, Conclauæ & Diaria*, MSS. Romæ in Bibliotheca Cardinalis Barberini.

*Iulij III. Papæ, Conclauæ & Diaria*, MSS. Romæ ibid.

*Iulius Antonius Sanctorius*, vel *de Sancta-Seuerina*, Nobilis Casertanus,



tanus, Archiepiscopus Sanctæ-Seuerinæ, deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Barbaræ, post Episcopus Prænestinus, ac Maior Pœnitentiarius, scripsit

*Diaria Romanorum Pontificum*, sub quibus vixit. Extant MSS. apud eius nepotem Paulum Æmilium Sanctorium Vrbinate Archiepiscopum.

Obiit Romæ anno Domini 1602. ætatis suæ 70. sub Clemente VIII. Papa; sepultus est in Basilica Lateranensi, in nobili Sacello, quod ipse extrui iussit.

*Iulius Cesar Bulengerus*, Iuliodunensis, Gallus, Societatis Iesu Theologus, scripsit

*De Romano Pontifice*, libros 5. quibus additur sextus, *de Primatu Romana Ecclesia*. Extant MSS. in Bibliotheca Domus Professæ Gratianopolitana, ut nos monuit *per epistolam* Gratianopoli die 4. Ianuarij 1643. datam, eruditissimus D. Philippus de Laigneau, necnon etiam *ex relationibus* RR. PP. Theophili Raynaudi, & de Bus, eiusdem Societatis Theologorum.

Viuebat Pisis in Etruria anno Christi nati 1621. sub Paulo V. Pontifice Optimo Maximo.

*Iulius*, S. R. E. Cardinalis, scripsit Græcè

*Scriptum contra Græcos de octaua Synodo, & Eugenio IV. Papa.*

Extat MS. Constantinopoli apud Manuelem Eugenicum.

*Iulius Laurinus de Laurino*, Caputaquensis diocesis, & Proto-notarius Apostolicus, edidit

*De Comitibus Profanis antiquis & Ecclesiasticis Recentioribus in Nouendiali parentatione Romanorum Pontificum.* Romæ apud Franciscum Corbelletum anno 1628. in fol.

*De Prisco & recenti funerandi more.* Romæ 1628. fol. apud eundem.

*De Conclauis & Conclauistis.* Romæ 1628. fol. apud eundem.

*De electione Canonica Romani Pontificis.* Romæ 1628. in fol. apud eundem.

*Tractatus in motu proprio Urbani VIII. Rom. Pont.*

Obiit sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Iulius Pogianus*, scripsit

*Laudationem Marcelli II. Pape*, quam ad sacrum Collegium recitauit.

*Iulius*



*Julius Rospiglosus*, Italus, edidit Italicè

*Discursum supra Poëma Francisci Bracciolini, inscriptum, De electione Urbani VIII. Pont. Opt. Max. Romæ anno 1628. in 4. cum Poëmate dicti Bracciolini.*

Floruit Romæ sub Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Iuo Barchampenus*, vulgò *Barschampen*, Germanus, scripsit

*S. Petri Apostoli vitam*, in vitis Apostolorum.

*S. Iustinus*, natione Samaritanus, Philosophus & Martyr scripsit

*De S. Petro Apostolo & Simone Mago*, in Apologia secunda, pro Christianis. Antonio Pio Imperatori directa.

Martyrio coronatur Romæ anno Domini 150. sub S. Thelesphoro Papa.

*Iustus Eccardus*, Germanus IC. edidit

*De Romani Pontificis auctoritate*. Francofurti ann. 1602. in 4.

Claruit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

*Iustus Rickius*, Belga, patriâ Gandauensis, Canonicus D. Bauonis, Bononiæ Professor Pontificius in eloquentia, edidit Latinè

*De laudibus Pauli V. Musarum & Gratiarum Panegyrim*. Romæ in Basilica Antoniana anno 1611. in 4. ad Cardinalem Burghesium nepotem.

*Parentalia in funere Pauli V. Rom. Pont.* Antuerpiæ typis Plantinianis anno 1616. in 4.

*Panegyricum*, cui titulus, *Orbis felicitas, siue Pontificatus Urbani VIII. Rom. Pont.*

Obiit Bononiæ in Italia anno salutis 1627. die 10. Decembris, sub S.D.N. Urbano VIII.

## L.

**L**ADISLAUS, Rex Hungariæ, edidit Latinè

*In laudem Nicolai V. Papa orationem*. Cuius initium est, *Cum animaduerto Beatissime Pater Pontifex, &c.* Extat in *Margarita Poëtarum* Alberti de Byb, IC. Germani & Canonici, part. 2. tract. 2. de commendationibus orat. 4. in editione Basiliensi anno 1495. in fol.

Bbb 3

Obiit



Obiit circa annum Domini 1459. sub Pio II. Papa.

*Ladislauus Vetesius*, Pannonius, edidit Latinè

*Orationem ab se habitam ad Sixtum IV. Romanum Pontificem nomine Matthie Hungariae & Bohemiae Regis.* Prodiit Romæ.

*Lalio Baglionius*, Florentinus, Ordinis Seruorum Generalis, edidit

*Pro S. D. Paulo V. contra libellos Pauli & Fulgentij Venetorum eiusdem Ordinis Theologorum.*

Vixit sub Pontificatu Pauli V. Papæ.

*Lalio Guidiccionius*, Italus, edidit

*De Paulo V. Romano Pontifice orationem.* Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti anno 1623. in fol. Latinè.

*Breuem relationem delationis corporis Pauli V. Rom. Pont. è Basilica Vaticana S. Petri, in illam S. Mariae Maioris.* Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti anno 1623. in fol.

*De Urbano VIII. ad summum Pontificatum euecto, Elegiam.* Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneti anno 1624. in 8. Meditatur

*De electione summi Pontificis.*

*Vita Pauli V. compendio scripta.*

*Concio ad Urbanum VIII.*

*Discursus de solitudine Pauli V. Papæ super Pacem Italiae,* Herufco sermone, edidit præterea

*Eclogas, seu Deterationem mellis Barberini.* Romæ 1639. typis Vitalis Mascardi.

*Aram Maximam Vaticanam à S. D. N. Urbano VIII. magnificentissimè instructam,* carmine. Romæ typis hæredum Guilielmi Franciotti anno 1633. in 4.

Viuebat Romæ anno Domini 1639. sub S. D. N. Urbano VIII.

*Lalio Iordanus*, Romanus, Episcopus Acernensis, edidit

*Tractatum de maioribus, rerumque capitalium Episcoporum causis ad Pontificem Maximum deferendis, ac de Romanae Sedis origine atque auctoritate.* Venetiis anno 1572. in 4. etiam inter tractatus iuris, ibidem excusos, tom. 13. part. 2. fol. 2.

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

*Lalio Marinus*, Italus, edidit vulgari sub idiomate

De



*De vita & miraculis S. Petri de Morone, aliàs Celestini V. Papa. Mediolani anno 1630.*

Vixit sub Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Laelius Peregrinus, Theologus, cuius, Philosophiæ in publico Romano Gymnasio Professor, scripsit*

*Orationem funebrem Sixti V. Romani Pontificis.*

Vixit sub Innocentio IX. Romano Pontifice.

*Laërtius Cherubinus, Iurisconsultus Romanus, edidit*

*Bullarium Romanum nouissimum à B. Leone Magno vsque ad S. D. N. Urbanum VIII. opus absolutissimum, tertio nunc editum à D. Angelo Maria Cherubino Laërtij filio Monacho Casinensi, qui ut in altera editione quartum tomum perfecit, ita nunc constitutiones S. D. N. Urbani VIII. vsque ad hunc diem emanatas addidit. Necnon vitas & icones omnium Pontificum. Appendicem insuper suis locis restituit. Indices locupletauit, opusque totum recensuit. Romæ ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ anno 1638. in fol. tom. 4.*

*Lambertus Scafnaburgensis, Germanus, Monachus Hilsfeldensis, scripsit*

*De Romanis Pontificibus, & de contentione inter Gregor. VII. & Henricum III. Imperatorem, in historia Germanica; quæ incipit ab Orbe condito vsque ad annum Domini 1077. & quam continuauit Monachus quidam Erphesphordensis, cuius nomen proprium ignoratur, vsque ad annum Domini 1472. Prodiit Tubingæ anno 1533. in 8. apud Marhardum, Francofurti 1566. in fol.*

Vixit anno salutis 1077. sub Gregorio VII. summo Pontifice.

*Lancelotus Conradus, Laudensis, Italus, edidit*

*Templum omnium iudicum Pontificiæ, Cæsariæ, Regiæ inferiorisque potestatis. Venetiis anno 1575. in fol.*

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

*Laudolphus Columna, Romanus, Canonicus Carnotensis in Gallia, scripsit*

*Romanorum Pontificum historiam à S. Petro vsque ad sua tempora.*

Viuebat anno Domini 1298. sub Bonifac. VIII. Rom. Pont.

Lapsus



*Lapus Castellunculus*, forsan Castellionæus, scripsit

*De commodis, vel incommodis Curie Romanae librum*. Extat M. S. Oxoniæ in Bibliotheca Collegij Noui. Cautè legendus est, quia à Thoma Iames Anglo hæretico, nimis laudatur.

*Laurentius Arrigho*, Bononiensis, Italus, Ordinis Cruciferorum, edidit

*Vrbani VII. Pont. Opt. Max. vitam*, ad Ioannem Garfiam Millinum Cardinalem & Principem, Pauli V. Pontificis Maximi Vicarium. Bononiæ anno 1614. in 4. apud hæredes Ioannis Rossij.

Vixit sub Paulo V. Romano Pontifice.

*Laurentius Arthurus*, Anglus, S. I. Theologus, scripsit

*De D. Petri & Romani Pontificis successoris eius in Ecclesia Christi Principatu*.

Decessit Vilmæ in Polonia anno Domini 1591. sub Gregorio XIV. Papa.

*Laurentius Beyerlinck*, Antuerpiensis, Flander, Archipresbyter Antuerpianus, & Decanus Christianitatis, edidit

*De Romanis Pontificibus*, in opere Chronographico, ab anno 1570. vsque ad annum 1612. perducto, Chronici Petri Opmerij Auctario, Antuerpiæ anno 1612. in fol. apud Verdussium impresso.

Moritur Antuerpiæ in Seminario Pastor. ann. salutis 1627. die 22. Iunij: sepelitur in Sacello D. Thomæ dicto, in monumento parentum.

*Laurentius de Burgo Mugellensi*, Tuscus, edidit Hetrusco sermone

*Marcelli II. & Pauli IV. Romanorum Pontificum vitas*; quæ leguntur in continuatione Platinae, Venetiis apud Dominicum Farri anno 1583. in 8. editæ pag. mihi 441. & seqq.

Claruit tempore Pontificatus Pauli I V.

*Laurentius Empolius*, Theologus, & Procurator Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, edidit

*Compendium Bullarum Pontificiarum ad suum Ordinem spectantium*. Romæ typis Reuerendæ Camerae Apostolicæ 1629. in 4.

Viuebat Romæ sub S. D. N. Urbano VIII.

*Laurentius*



*Laurentius de Franchis*, Neapolitanus, V. I. D. & Protonotarius Apostolicus, edidit

*Panegyricum ad S. D. N. Vrbanum VIII. Pont. Opt. Max. Romæ* 1623. in Typographia Ludouici Grignani.

Floruit sub Vrbanò VIII. Papa.

*Laurentius Frizolius*, Solianensis, edidit

*Sacellum Gregorianum*, hoc est, *Gregorij XIII. Rom. Pont. Romæ* anno 1582. in 4. typis Dominici Basæ.

Viuebat sub Gregorio XIII. Rom. Pont.

*Laurentius Granus*, Episcopus Signinus, scripsit

*Orationem, quam habuit in funere Clementis VII. Rom. Pont.*

Vixit sub Paulo III. summo Pontifice.

*Laurentius de Rodulphis*, scripsit

*Consilium pro sacro Collegio aduersus Antipapas.*

*S. Laurentius*, Scotus, Episcopus Verdensis in Germania, scripsit

*De actis Gregorij V. Rom. Pont. librum.* Extat M S. Romæ

in Vaticano, ex Thoma Dempstero in *historia Ecclesiastica Gentis Scotorum.*

Vixit sub prædicto Gregorio Papa, cui charus erat.

*Laurentius Smieconicius*, Polonus, Academicus Cracouiensis, edidit

*Carmen de Bzoniana continuatione, ad Vrbanum VIII. vbi de eius laudibus.* Legitur post *Elogia & vitas centum Poloniae*

*Scriptorum* Simonis Starauolsci. Venetiis anno 1627. in 4. edita.

Vixit sub S. D. N. Vrbanò VIII. Pont. Opt. Max.

*Laurentius Surius*, Germanus, Carthusianus Coloniensis, edidit

*Sanctorum Romanorum Pontificum vitas*, in historia Sanctorum Coloniae edita.

*De Romanis Pontificibus*, in Commentario rerum sui temporis.

Obiit anno Domini 1578. die 23. Maij: sub Gregor. XIII. Pont. Max.

*Laurentius Valla*, scripsit

*De euentu Constantini donatione ad Papam.* Leydæ anno 1620. in 4. Prohibetur in Indice Romano.

*Laurus Testa*, Italus, edidit vnâ cum Bartholomæo Dionysio

Ccc

Historias



*Historias Pontificias* Platinæ, Onuphrij Panuini & Cicarella, quas auxit, & è Latino in Italicum vertit. Venetiis anno 1613. in 4.

Claruit sub S. D. Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Leander Galganetus*, I. C. Collensis, ad præsens Iudex Appellationum, & nullitarum, edidit

*Glossas ad statuta Alma Urbis Romæ auctoritate Gregorij Papæ XIII. à Senatu, populoque Romano edita & reformata.* Romæ apud Typographos Camerales 1611. in fol.

*De Pontifice, Imperatore & Fisco.* Venetiis apud Iuntas 1623. in fol.

Viuebat Romæ anno Domini 1633. sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Leo Allatius*, Chiensis, Græcus, Eminentissimi Francisci Cardinalis Barberini domesticus, edidit, iubente Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Commentationem in Ioanna Papissæ fabulam.* Romæ apud Typographos Camerales cum Ciacono 1650. in folio, & separatim in 4.

*Conciliorum Ferrariensis & Florentini acta, Notis & animaduerſionibus illustrata.*

*De edificijs Pauli V. Rom. Pont. curatore viarum & aquarum, Lelio Biscia ex Clerico Camerali postea S. R. E. Cardinali.*

Viuit Romæ hoc anno salutis 1642. sub Urbano VIII. Papa.

*Leo IV.* Imperator Orientis, cognomento Philosophus, Græcus, scripsit

*De S. Petro Apostolorum Principe sermonem.*

Obiit anno Domini 911. die 1. Ianuarij, sub Anastasio III. Papa. Plura de eo habes in nostra Bibliotheca Casareo-Regia, v. L.

*S. Leo Magnus I.* Papa, scripsit

*De sanctis Petro & Paulo Apostolis Homiliam.*

*Leo Marsicanus*, Italus, Monachus Cassinensis, vulgò Ostiensis dictus, S. R. E. Cardinalis Bibliothecarius, & Episcopus Ostiensis, scripsit

*De Romanis Pontificibus*, in Chronico Cassinensi Venetiis anno 1513. apud Lazarum Soardum edito.

Obiit



Obiit sub Paschali II. Rom. Pont. 11. Kal. Iunij.

*Leo Sanctius*, Senensis, Tuscus, Societatis Iesu Theologus, edidit

*Solarium Gregorianum, sive de beneficijs quibus Gregorius XIII. Solis instar uniuersum terrarum orbem illustrauit, laudationem.* Viterbij 1618. in 4. & Italicè, suppresso nomine.

Vituebat Romæ anno Christi 1632. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Leonardus Coquæus*, Aurelianensis, Gallus, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Doctor Parisiensis & Magnæ Ducissæ Etruriæ Theologus & Confessarius, edidit

*Defensionem pro Romano Pontifice*, in Antimornæo, seu confutatione *Mysterij iniquitatis, seu historia Papatus*, Philippi Mornæi Pleffæi, Domini S. Aldegundis Calvinistæ. Parisiis anno 1613. in 4.

Vixit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Leonardi Donati*, Ducis Venetiarum, edictum contra Bullam Pauli V. Rom. Pont. Extat tom. 3. *Monarchia prohibita* Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 282. ad 286.

*Leonardus Lessius*, Brechtanus, Brabantinus, S. I. Theologus, edidit

*De Antichristo*, ad Serenissimum Iacobum Regem Britannia.

*De Romano Pontifice*, in opusculis.

Obiit Louanij anno salutis 1623. 18. Kal. Februarij, ætatis 69. sub S. D. N. Gregorio XV. Pont. Opt. Max.

*Leonellus*, aliis *Leonettus*, Italus, Episcopus Concordiensis, edidit

*Orationem, quam habuit Romæ in funere Innocentij VIII. Rom. Pont. in frequenti consessu Cardinalium & aliorum Prelatorum.* Romæ anno 1492. in 4. & Parisiis 1577. in 16. apud Hieronymum de Marnef.

Vixit sub Alexandro VI. Romano Pontifice.

*S. Leonis I. Papæ vita*, in Menologio Græcorum M. S. Romæ in Bibliotheca Barberina asseruato, die 18. Februarij.

*Leone X. Papæ, Conclauæ & Diaria*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

*Leonis XI. Papæ, Conclauæ & Diaria*, MSS. Romæ ibid.



*Leontius*, Presbyter Constantinopolitanus, Græcus, scripsit  
Græcè

*Orationem in mediam Pentecosten, & in Cæcum à natiuitate,  
& in S. Petrum ab Herode in carcerem detrusum.* Extat MS. Mef-  
fanæ in Sicilia.

*Leuinius Hielius*, Italus, edidit Latinè

*Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. Pænegyricum.* Romæ apud Ale-  
xandrum Zannetum anno 1624. in 4.

Floruit tempore Pontificatus Vrbani VIII.

*Liber Ceremonialis Romanorum Pontificum*, iussu Francisci Cardi-  
nalis Zabarellæ scriptus. Extat MS. Parauij in Bibliotheca  
S. Ioannis in Viridario.

*S. Liberij Papæ vita*, extat in *Menologio Græcorum.* Romæ in Bi-  
bliotheca Barberina afferuato, die 27. Augusti.

*S. Linus, Papa*, scripsit ex S. Dionysio Areopagita

*De sui prædecessoris D. Petri Apostolorum Principis & Cory-  
phæi passione libellum.* Parisiis in 4. 1566. apud Gulielmum  
Chaudiere viâ Iacobæâ sub temporis insigni; vnâ cum eius-  
dem libello de passione S. Pauli. Vide, quæ iam diximus *lib. 1.  
huius Bibliotheca, v. L.*

*Lini vita*, extat in *Menologio Græcorum* Romæ in Bibliotheca  
Barberina MS. afferuato, die 5. Nouembris.

*Lucas Furnarius*, Reipubl. Genuensis Orator Romanus, scripsit  
*Orationem, quam habuit nomine Genuensium ad Gregor. XIII.  
Rom. Pont.*

*Lucas Holsteinius*, Amburgensis, Germanus, Cardinalis Barberi-  
ni à Bibliothecis, scribit

*Romanorum Pontificum vitas, tom. 2. distinctas*, ex relatione  
Cl. V. Gabrielis Naudæi.

Viuit Romæ hoc anno salutis 1642. sub S. D. N. Vrba-  
no VIII. Pont. Opt. Max.

*Lucas Manzolus*, vel *Manzolius*, Florentinus, de domo omnium  
Sanctorum, Ordinis Humiliatorum, Magister in Theologia,  
Episcopus Fesulanus, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Lau-  
rentij in Lucina, scripsit simulato nomine

*Concilium Laurentij de Ridolphis pro Collegio cõtra Antipapas.*  
Obiit anno Christi 1411. die 14. Septembris, sub Ioan-  
ne



ne XXIII. Papa; sepultus Florentiæ in Ecclesia omnium Sanctorum, cum Epitaphio à Ferdinando Vghello collecto.

*Lucas Tudensis*, Hispanus, Historiographus Hispaniæ, scripsit  
*De Alexandro III. Papa*, lib. 3. de miraculis & translatione corporis S. Isidori cap. 46.

*Lucas VVadingus*, Hibernus, Vaterfordiensis, Ordinis Minorum Theologus & Historiographus, Guardianus S. Isidori de Vrbe, & S. Officij consultor, edidit

*Legationem Philippi III. & IV. Hispania Regum ad Sanctissimos DD. Paulum V. & Gregorium XV. & Vrbanum VIII. pro definienda controuersia Conceptionis B. V. Mariæ.* Louanij apud Henricum Hastenium 1624. in fol. Parat

*Clementis VIII. Rom. Pont. vitam.*

*Leonis XI. P. M. vitam.*

*Pauli V. vitam.*

*Gregorij XV. vitam.*

*Vrbani VIII. vitam, & omnium Cardinalium ab his creatorum vitas.*

Viuit Romæ hoc anno salutis 1642. sub S. D. N. Vrbanos VIII. Papa.

*Lucius Catanus*, Orator Romanus Marchionis Mantuæ, scripsit  
*Orationem, quam habuit nomine Marchionis Mantuæ ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem.*

*Lucius Brancadorus*, Firmanus, scripsit  
*Orationem, quam habuit ad Sixtum V. Pont. Opt. Max.*

*Lucius Charinus*, Græcus, scripsit  
*Periodos Apostolorum, ubi de S. Petro, ex Bibliotheca Græco-Latina Photij pag. mihî 156.*

*S. Ludgerus*, Frisius, Episcopus r. Monasteriensis, in Germania, scripsit

*S. Gregorij vitam, ex Francisco Syvertio in Athenis Belgicis, v. L.*

Floruit anno Christi 800. sub Leone III. Papa.

*Ludouicus Babia* scripsit  
*Romanorum Pontificum vitas.*

*Ludouicus Cellotius*, Parisinus, Societatis Iesu Theologus, edidit



*De Romano Pontifice*, in Hierarchia Ecclesiastica Rothomagi 1639. fol. edita, quæ tamen prohibetur *ex Decreto* 22. Ianuarij 1642. donec corrigatur. Audio paratam esse ad prælum cum correctione.

Vixit Parisiis anno 1642. sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Ludovicus Dominicus*, è Latino Pauli Iouij in Italicum vertit *Leonis X. & Hadriani VI. Romanorum Pontificum vitas*. Florentiæ in 8.

*Ludovicus Gomesius*, Hispanus, scripsit *Disputationem, an Papa possit incurrere in labem Simonia.*

*Ludovicus Guichardinus*, Nobilis Florentinus, scripsit *De rebus gestis Hadriani VI. Papæ*, lib. 15. Bellorum Italiæ.

*Ludovicus Oriannus*, Italus, edidit *De potestate summi Pontificis*, lib. Venetiis anno 1534. Claruit sub Paulo III. Papa.

*Ludovicus à Patrono*, Boroxensis, Archidiaconus de Matriti, edidit *De Romani Pontificis auctoritate*. Antuerpiæ apud Petrum Bellerum anno 1614. in fol.

Floruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Ludovicus Seruinus*, Gallus, IC. & Aduocatus Regius Magni Concilij, edidit

*Vindicias secundum libertatem Ecclesiæ Gallicanæ & Regij status Gallofrancorum*. Extant tom. 3. *Monarchiæ Goldasti à pagin. 178. ad 277.*

*Commonefactionem & postulationes aduersus librum Bellarmini de potestate summi Pontificis in temporalibus: cum Arresto Parlamenti*. Extant apud eundem Goldastum Calvinistam tom. 3. *Monarchiæ à pag. 762. ad 774.* Eius actiones forenses prohibentur in Indice Romano.

Obiit Parisiis circa annum salutis 1626. sub Urbano VIII. Pont. Max.

*Ludovicus de Torres*, Romanus, Archiepiscopus Montis-Regalis, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Pancratij, scripsit ex eruditissimo Rupipozæo

*Quadam nonnulla ad historiam Pontificum spectantia*, quæ penes eius hæredes afferuantur.

Obiit



Obiit Romæ anno Domini 1609. 7. Idus Iulij, sub Paulo V. Papa; sepultus est in suo titulo.

*Ludovicus Transillus*, Italus, edidit

*Poëma de lachrymis S. Petri Apostoli*. Venetiis 1606. in 4. apud Barrezzum Barrezzi.

Claruit sub Paulo V. Pontifice Maximo.

*Luitprandus*, seu *Entrandus*, Ticinensis, Italus, cognomento *Diaconus*, vel *Leuita*, Episcopus Cremonensis, Legatus Berengarij Imperatoris ad Constantinum Imperator. Græcum, scripsit

*De Romanorum Pontificum Ritu*, quos in lucem emisit Ioannes Bufæus, S. I. Theologus. Moguntiaë anno 1602. ex Bibliotheca Marci V. Velferi.

Floruit anno gratiæ 946. sub Agapeto II. summo Pontifice.

## M.

**M**ANFREDVS RAVASCHERIVS, Genuensium Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ nomine Genuensium ad Paulum V. Papam.*

*Manriquez de Laza*, Dux Naiarensis, Philippi II. Hispaniarum Regis Orator Romanus, scripsit

*Orationem habitam Romæ nomine dicti Philippi ad Gregorium XIII. Pont. Opt. Max.*

*Manualia Instrumentorum Camerae Apostolicæ* MSS. in Vaticano.

*Maphæus Vegius*, Laudensis, Italus, Martini V. Pont. Max. Datararius, scripsit

*S. Celestini V. Papæ vitam*. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Eminentissimi Principis Francisci Cardinalis Barberini.

Floruit anno Domini 1418. sub Martino V. Papa.

*Marcellinus Comes*, Historicus, scripsit

*De Romanis Pontificibus*, in Chronico.

Floruit anno Christi 535. sub Agapeto Romano Pontifice.

*S. Marcelli I.*



*S. Marcelli I. Papæ & Martyris passio.* Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina in Sanctuario signato 925. cuius exordium est: *Tempore, quo Maximianus Augustus rediens de partibus Africa ad urbem Romam, volens placere Diocletiano Augusto, &c. ad diem 18. Kal. Februarij pag. 68.*

*Marcellus Pallonius, Italus, edidit*

*Orationem funebrem Pauli V. Papæ Nouediali ad cœtum Cardinalium.*

Vixit sub Gregorio XV. Summo Pontifice Romano.

*S. Marcellus, Marci Præfecti vrbis Romæ filius, Presbyter & Martyr, ex Simonis Magi discipulo, verus S. Petri Apostoli discipulus, scripsit vt testis oculatus ad sanctos Nereum & Achilleum pro Christo in Pontiana insula relegatos,*

*Librum de mirificis rebus & actibus BB. Petri & Pauli, ac de magicis artibus Simonis Magi. incipit, Marcellus seruus Christi, sanctis Confessoribus Nereo & Achilleo, &c. Fragmentum huius libri à nobis repertum, damus ad calcem huius Bibliothecæ.*

Vixit sub S. Petro Apostolo.

*Marcus Antonius Alegre de Casanate, Turiasonensis, Hispanus, Ordinis Carmelitarum Theologus, edidit*

*SS. Thelesphori, Dionysij, & Benedicti XII. Romanorum Pontificum Elogia. Leguntur in Paradiso Carmelitici Decoris. Lugduni 1639. in fol. apud Iacobum Proft edito, & Romæ anno 1640. à sacra Congregatione de Indice prohibito.*

Vixit hoc anno salutis 1642. sub Urbano VII. Pontifice Maximo.

*Marcus Antonius Ciappius, Italus, edidit Italicè*

*Gregorij XIII. Romani Pontificis vitam. Romæ anno 1596. in 4.*

Claruit sub Clemente VIII. Summo Pontifice.

*Marcus Antonius de Dominis, Archiepiscopus Spatalensis, edidit Aduersus Romani Pontificis auctoritatem, in Republica Ecclesiastica in Indice Romano prohibita.*

Obiit Romæ in Arce S. Angelici anno gratiæ 1624. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa, Ecclesiæ Catholicæ restitutus.

*Marcus Antonius Muretus, Lemouix, Aquitanus, ciuis Romanus, Sacerdos, & Eloquentiæ Professor, edidit*

*Orationem*



*Orationem habitam Romæ nomine Antonij Borbonij Nauarræ-  
rum Regis ad Pium IV. Pont. Max. anno 1561.*

*Orationem habitam Romæ nomine Caroli IX. Francorum Regis  
ad S. D. Gregorium XIII. Papam anno 1563.*

*Orationem habitam Romæ de punitione Hereticorum à Caro-  
lo IX. Francorum Rege ad eundem Gregorium Papam, anno  
1573.*

*Orationem funebrem Pij V. Pont. Opt. Max. Romæ in Basilica  
Vaticana S. Petri 5. Idus Maij 1572. habitam. Exat inter eius  
Orationes Latinè editas Venetiis apud Ioannem Albertum  
1586. pag. mibi 283. & particulatim ibidem 1572. in 8.*

*De Laurentii Frizonij Sacello Gregoriano.*

*In laudem S. Sylvestri I. Romani Pontificis Hymnum.*

*Obiit Romæ anno Domini 1585. pridie Non. Iunij, sub  
Sixto V. Pontifice Maximo: sepultus est in Ecclesia Mini-  
morum Gallorum SS. Trinitatis in Monte Pincio, cum inscri-  
ptione sepulchrali à nobis collecta, quam (Deo auxiliante) da-  
bimus in Bibliotheca Gallicana vniuersali.*

*Marcus Antonius Othelius, IC. Patavinus, patriâ Vtinensis, & in  
Patauino Gymnasio Ordinarius in prima Sede matutina Iu-  
ris ciuilis interpres, edidit*

*Responsum pro Decretis serenissime Reipublicæ Venetæ, &c.  
Extat tom. 3. Monarchia Goldasti Caluinistæ à pag. 348.  
ad 353.*

*Viuebat anno Christi 1606. sub Paulo V. Rom. Pont.*

*Marcus Antonius Peregrinus, IC. Eques & Consultor serenissime  
Reipublicæ Venetæ, & in gymnasio Patauino Primarius Iu-  
ris Canonici interpres, edidit*

*Responsum pro Decretis serenissime Reipublicæ Venetæ, &c.  
Extat tom. 3. Monarchia Goldasti Caluinistæ à pag. 340. ad 347.*

*Viuebat anno Domini 1606. sub Paulo V. Summo Pon-  
tifice.*

*Marcus Antonius Petilius, Monte-Coruinus, IC. Neapolitanus,  
edidit*

*Constitutionum Pontificiarum Epitome, lib. 23.*

*De Ecclesiastica & politica potestate, ad Synonymum incerti  
libellum, reciprocationem dictorum.*

D d d

Fabule



*Fabula de Ioanne id nominis IIX. Papa parturiente, rationem.*

*De Militantis Ecclesia conflictu*, vbi summam humani generis, more suo, modoque, gubernandi curam, vni Sacerdoti à Deo demandatam esse: Principem illi ad externa in adiutorium datum.

*Ecclesiastica communionis progressus*, quòd est Exarchiæ recognitæ lib. 2. cap. 10. vbi quæ facultas ad temporaria bona Maximo Pontifici inhæreat, è sola, vt par est, Euangelica doctrina, modo tamen suo, id est, Hieroglyphicè declarata, methodo certa deducitur.

*De Romano Pontifice*, lib. 2. *Exarchiæ*, siue, *de exteriori Principis munere*. Colonix Agrippinæ apud Antonium Boëtzerum 1620. in 4.

Viuebat anno Christi 1633. sub Urbano VIII. Romano Pontifice.

*Marcus Antonius Scipio*, Placentinus, Congregationis Cassinensis Monachus, edidit Latinè ad D. Simplicium Caffarellum Congregationis Cassinensis Præsidem.

*Romanorum Pontificum Monachum Cassinensium Elogia*; leguntur inter *Elogia Abbatum sacri Monasterij Cassinensis*, Neapoli apud Beltranum 1630. in fol. edita.

Vixit sub S.D.N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Marcus Barbus*, Venetus, Episcopus Vicentinus, Patriarcha Aquileiensis 87. deinde S.R.E. Presbyter Cardin. tit. S. Marci, Episcopus Prænestinus, scripsit

*Orationem in Consistorio habitam, cum ex Hungarica legatione remearet.*

Obiit Romæ anno Domini 1490. 6. Nonas Martij, sub Innocentio VIII. PP. sepultus in Ecclesia S. Marci, cum Epitaphio.

*Marcus Guadalajarra & Xavier*, Cæsar-Augustanus, Hispanus Carmelita, S. Th. Doctor ac Professor, edidit Hispanicè

*Historiam Pontificalem, sex partibus distinctam & editam*, Cæsar-Augustæ, & Barchinone anno 1612. in fol. 1628. & 1630. Quinta pars suspenditur in *Indice Romano*, donec corrigatur, in decreto 23. Augusti 1634.

Moritur



Moritur Cæsar-Augustæ anno Domini 1631. sub S. D. N.  
Vrbano VIII. Papa.

*Marcus Lima*, Cretensis, Græcus, Collegij Græcorum de Vrbe  
Alumnus, edidit

*In Sacellum Pauli V. in Ecclesia Liberiana adificatum carmina  
Græco-Latina.*

Viuebat Romæ sub Paulo V. Pont. Max.

*Marcus Montanus*, Archiepiscopus Rhodiorum, scripsit

*Orationem, quam habuit Roma nomine Magni Magistri Rho-  
di ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem.*

*Marcus Vigerius*, Sauonensis, Ligur, Ordinis Minorum, Episco-  
pus Senogalliæ & Nolanus, Sixti I V. Papæ Præceptor, ac  
S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Calixti, post Episcopus Præ-  
nestinus, scripsit

*Apologiam contra Pisanum conciliabulum.*

Obiit Romæ anno Domini 1516. 15. Kal. Iulij, sub Leo-  
ne X. Papa: sepultus ad S. Mariam trans Tiberim.

*Marianus Genazanus*, scripsit

*Orationem habitam ad Innocentium VIII. Pont. Opt. Max.*

*Marianus Scotus*, Monachus Fuldenfis, scripsit

*De Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad Gregorium VII.  
in Chronico à Dodechino Abbate S. Dysibodi continuato  
vsque ad Innocentium III.*

Vixit tempore Pontificatus S. D. Gregorij VIII. Papæ.

*Marianus Victorinus*, scripsisse comperio

*Contra Martinum de Papatu.*

*Martinus de Ebulo*, S. R. E. Vicecancellarius, & Archiepiscopus  
Capuanus, scripsisse perhibetur

*De electione Romani Pontificis.*

*De rebus gestis quorundam Romanorum Pontificum.*

Vixit sub Gregorio X. summo Pontifice.

*Marius Podianus*, Italus, scripsit

*Librum de aduentu Pauli III. Rom. Pont. Perussum & Porapæ,  
quæ exceptus est.*

Floruit sub Paulo III. Papa.

*Marsilius Ficinus*, Florentinus, scripsit Latinè

*Orationem gregis Christiani ad Sixtum IV. Rom. Pont.*

D d d 2

Obiit



Obiit Florentiæ anno Domini 1499. sub Alexandro V I. Papa : sepultus est in Ecclesia Cathedrali, cum Epitaphio, quod ibi legi.

*Marsilius Menandrinus*, Patauinus, Consiliarius Cæsareus, scripsit

*De translatione Imperij Romani tractatum.* Extat tom. 2. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ à pag. 147. ad 153.

*Aduersus usurpatam Romani Pontificis iurisdictionem, de re Imperatoria & Pontificia librum*, qui *Defensor Pacis* inscribitur, &c. Extat apud eundem Goldastum hæreticum tom. 2. à pag. 154. ad 313.

*Tractatum de iurisdictione Imperatoris in causis matrimonialibus*, &c. *aduersus auctoritatem summi Pontificis.* Extat apud Goldastum hæreticum tom. 2. *Monarchiæ* à pag. 1383. ad 1391.

Claruit anno Domini 1319. sub Ioanne XXII. Papa.

*Martini I. Papæ vita*, in *Menologio Græcorum* M S. Romæ in Bibliotheca Cardinalis Barberini asseruato, 3. Aprilis, & 16. Septembris.

*Martini V. Papæ Diaria*, M S S. Romæ in Bibliotheca Barberini.

*Martinus Beccanus*, Hiluarenbecensis, Brabantinus, S. I. Theologus, edidit

*De Primatu Ecclesiæ aduersus Angliæ Regem, refutationem.*

*Controuersiam Anglicanam de potestate Regis & Pontificis contra Lancelotum, Andream Sacellanum Regis, pro defensione Cardinalis Bellarmini.*

*De Romano Pontifice*, in summa Theologica.

Floruit sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Martinus Berzeuicius*, Stephani Bathorei, tunc Principis Transiluanix Orator Romanus, scripsit

*Orationem habitam Romæ nomine Stephani Bathorei ad Gregorium XIII. Rom. Pont.*

*Martinus Bonacina*, Mediolanensis Theologus, & IC. Comes Palatinus, S. R. E. Protonotarius Apostolicus, deinde Episcopus Vtinenfis, edidit

*De Legitima electione summi Pontificis librum.* Lugduni sumptibus Laurentij Durand anno 1637. in 8.

Obiit



Obiit in Legatione Germanica anno Christi 1631. sub Urbano VIII. Papa.

*Martinus Censius*, Camerarius S. R. E. scripsit  
*Libros censuum S. R. E. MSS. Romæ in Vaticano.*  
Floruit sub Clemente III. summo Pontifice.

*Martinus Pistor*, Gallus, Theologus edidit  
*Concionatorem Antithesum Iesu Christi & Romani Pontificis.*  
Parisiis apud Ioannem Andream anno 1552.  
Vixit sub Paulo IV. Romano Pontifice.

*Martinus Polonus*, è Nobili familia Streporum oriundus, patriâ  
Cartulanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, Pœnitentiarius  
Apostolicus, & Archiepiscopus Gnesnensis, anno 1278.  
creatus, scripsit

*Chronicon summorum Pontificum atque Imperatorum Romanorum*, in quo ineptè admiscuit fabulam Ioannæ Papissæ. Extat MS. Romæ in Vaticano, Florentiæ in Bibliotheca Medicea, Viennæ in Austria, in Imperiali & in illa VVolfgangi Lazij, Angliæ, Parauij, & alibi. Prodiit Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum 1574. in 8. operâ Suffridi Petri Leouardiensis.

Decessit Bononiæ in Italia anno Domini 1279. sub Nicolao III. Papa: sepultus est in Cœnobio D. Dominici Fratrum Prædicatorum.

*Martius Milesius Sarazanius*, IC. Romanus, edidit  
*S. Damasi I. Romani Pontificis vitam.* Extat ante opera dicti  
Damasi Romæ typis Vaticanis anno 1638. in 4. edita, Latinè.  
Obiit Romæ sub S. D. N. Urbano VIII. Rom. Pont.

*Matthæus Argenta*, scripsit  
*Itinerarium S. D. N. Clementis VIII. Rom. Pont. Ferrariam versus.* Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina.  
Vixit sub Clemente VIII. Rom. Pont.

*Matthæus Bapalmensis*, Episcopus 49. Bononiensis in Gallia, scripsit  
*Romanorum Pontificum vitas.*  
Moritur anno gratiæ 1410.

*Matthæus Gothus*, Germanus, edidit  
*De rebus gestis S. Petri Apostoli, in vitis Iesu Christi & Apostolorum,* Basileæ 1573. in 8. carmine editis.



*Matthaeus Herculanus*, scripsit

*Encomium in laudem Leonis X. Papae*. Extat MS. Florentiae in Bibliotheca Medicæ S. Laurentij.

*Matthaeus de Rubis*, Vrsinus, Romanus, S. R. E. Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Porticu, & Archipresbyter S. Petri, scripsit

*De autoritate Summi Pontificis, seu Ecclesiae.*

Obiit circa annum Domini 1306. sub Clemente V. Rom. Pont.

*Matthaeus Stephanus Pomeranus*, edidit

*De imperio Papae in Principes seculares*. Prohibetur ex decreto 12. Decembris 1624.

*Matthias Alberti*, Florentinus, Monachus Oliuetanus, edidit *Romanorum Pontificum ordinationes & sacrorum Conciliorum Constitutiones*. Venetiis apud Bolognium Zalterium 1571. Claruit sub Pio V. Summo Pontifice.

*Mauritius Bressius*, Delphinus, Regius Mathematicarum Lute-tiæ Professor, ac Orator Romanus, edidit

*Orationem habitam Roma ad Sixtum V. Pont. Max. pro Henrici III. Galliae & Polonia Regis obedientia*, anno 1586.

*Orationem habitam Roma ad Clementem VIII. Pont. Max. pro Henrico IV. Magno Galliae & Nauarra Rege*, anno 1597.

Claruit sub Clemente VIII. Papa.

*Mauritius Somersetus*, Anglus, Abbas Fontanensis, Ordinis Cisterciensis, scripsit ad Reginaldum Episcopum Bothonensem *De schemate Pontificali* lib. 1.

Vixit anno Domini 1193. sub Cœlestino III. Romano Pontifice.

*Maximiliani Caesaris* Responsio ad Leonem X. Pont. Max. Prodiit in Germania in 4.

*Maximilianus Vrientius*, Flander, S. P. Q. Gandauensis Secretarius, scripsit

*In effigiem, vitam & obitum Hadriani VI. Rom. Pont.* Carmina.

Obiit anno Christi 1614. die 27. Decembris sub Paulo V. Burghesio, Pontifice Maximo.

*S. Maximus*, Episcopus Taurinensis, scripsit

*De S. Petro Apostolo* lib. de laudibus Apostolorum.

De



*De fide Petri Homiliam.*

*De SS. Petro & Paulo Apostolis Homiliam.* Romæ 1564. lib. *Homiliarum* à Petro Galefino edito.

Vixit anno Christi 451. sub S. Leone Magno Papa.

*Maximus Planudes*, Græcus, Constantinopolitanus Monachus, scripsit

*De S. Petro Apostolorum Principe Encomion.* Extat MS. Viennæ in Austria in Bibliotheca Cæsarea, ex Possuino in *Apparatu sacro.*

Vixit anno Domini 1434. sub Martino V. Papa.

*S. Melchiades*, Scotus, scripsit

*De legitima Petri Cathedra contra schismaticos*, lib. 1. ex Thoma Dempstero in *historia Ecclesiastica Gentis Scottorum*, v. M.

Obit in Monasterio Clarauallensi anno Domini 1120. sub Calixto II. summo Pontifice.

*Melchior Canus*, Hispanus, Ordinis Prædicatorum, Doctor ac Professor Salmanticensis, deinde Episcopus Canariensis, edidit

*De Romano Pontifice* lib. 6. de locis communibus.

Claruit sub Gregorio XIII. Rom. Pont.

*Melchior Lustius*, Heluetiorum Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ nomine Heluetiorum Catholicorum ad Gregorium XIII. Pont. Max.*

*Michael Anchiulus*, Græcus, scripsit Græcè

*De Primatu Ecclesiæ Romanæ librum.* Extat M S. in Bibliotheca Regis Christianissimi, & in illa Scoriaci Regis Catholici.

*Michael Bouffel*, Gallus, edidit

*Historiam Pontificia iurisdictionis.* Parisiis apud Ioannem & Stephanum Richer anno 1625. quam postea *Censorijs notationibus* exornauit Vrbanus Feliceus, Episcopus Policastrensis, ex *Apibus Vrbanis* Leonis Allatij. Hæc historia prohibetur in *Indice Romano*, in decreto 4. Februarij 1627.

Scribebat sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Michael Brechingerus*, siue *Buchingerus*, vulgò *Buochinger*, Germanus, Colmariensis Presbyter Theologus, edidit

*De*



*De Romanis Pontificibus à S. Petro usque ad Paulum IV.* in historia Ecclesiastica, Moguntiae ann. 1560. apud Franciscum Behem edita.

*Michael de Casenas*, Italus, Ordinis Minorum Minister Generalis 17. anno 1315. vel 1316. electus, scripsit

*Tractatus tres contra errores Ioannis XXII. Papa super utili dominio Ecclesiasticorum.* Extant tom. 2. *Monarchiae* Melchioris Goldasti Caluinistae à pag. 1236. ad 1361. Inter Auctores Primae Classis in *Indice Romano* reperitur.

Obiit profugus in conuentu Monachij in Bauaria anno salutis 1350. sub Clemente VI. Rom. Pont.

*Michael Fermus*, Mediolanensis, scripsit

*De Conclauì Alexandri VI. Rom. Pont. librum.* Extat MS. Patuij in Bibliotheca S. Mariae de Auentio, quam variis Codicibus decorauit Illustriss. D. Iacobus Philippus Tomasinus, nunc Episcopus ciuitatis nouae in Istria, cuius beneficio perlustrauimus anno 1640. mense Iunio.

*Michael Hagerus*, Friburgi, Theologiae Professor, edidit

*Orationem aduersus calumniam haereticorum oblatrantium Pontificis Maximi, & eius Ecclesiasticae Hierarchiae.* Ingolstadij apud Sartorium anno 1578. in 8. & Friburgi 1584. in 8.

*Responsiones de singularitate Antichristi aduersus haereticos.* Ingolstadij anno 1583. in 8.

*Responsum aduersus Iacobi Herbrandi de Antichristo Apologiam.* Friburgi anno 1583. in 8.

Floruit sub Gregorio XIII. Pont. Opt. Max.

*Michael Lonigus*, scripsit

*De S. Petri Apostoli confessionis situ librum.* Extat MS. Romae in Bibliotheca Barberina.

*Michael Mauclerus*, Gallus, Doctor Sorbonicus, edidit

*De Romano Pontifice*, in *Monarchia Ecclesiastica* Parisiis 1622. in fol. typis Sebastiani Cramoisy, edita.

Obiit Parisiis sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Michael Maurus*, Marchio, Orator Aluari Regis Congi, scripsit

*Orationem quam habuit nomine dicti Regis Congi ex Aethiopia inferiori ad Paulum V. Pont. Opt. Max.*

*Michael Mercatus*, scripsit

De



*De Obeliscis Romæ à Sixto V. Rom. Pont. erectis.*

*Michaël Nostradamus*, San-Remigius, Prouincialis, nascitur anno Christi 1503. die Iouis 14. Decembris, Medicinæ Doctor Monspefulanus, Consiliarius & Medicus Caroli IX. Francorum Regis Christianissimi, scripsit

*Vaticinia de Francorum Regis victoria, & Pontificis Maximi ruina.* Lugduni Batauorum anno 1589. in 12. Latinè à Petro Constantino reddita.

Obit Salone apud Saluuios Cauaros anno Domini 1566. die 2. Iulij, sub Pio I V. Romano Pontifice. Vixit annos 62. menses 6. & dies 17. sepultus est in Ecclesia Franciscanorum cum Epitaphio Gallico, quod dabo (Deo auxiliante) *in nostra Bibliotheca Gallicana vniuersali.*

*Michaël Ritius*, Neapolitanus, Protopræses Parlamenti Aquensis in Prouincia, & Ludouici XII. Regis Galliarum, Hierusalem, Siciliæ, Neapolis, &c. Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Iulium II. Papam, nomine dicti Regis Ludouici XII.*

*Morbisani*, Turcarum Principis, ad Pium II. Papam *Responsio* de religione sua, Basileæ apud Ioānem Opotinum cum *Alcorano.*

*Moteus Hodancurius*, Gallicè *de la Mote Houdancourt*, Episcopus Redonensis, scripsit

*De Romano Pontifice*, vt habeo ex relationibus variorum.

Viuuit hoc anno à partu virgineo 1643. sub Urbano VIII. Pontifice Optimo Maximo.

*Mutius Pansa*, è ciuitate Penna, Italus, scripsit metricè

*De gloria Sixti V. Pont. Max. librum.* Romæ apud Hieronymum Fraurinum 1588. in 8. Italicè.

Floruit sub Sixto V. Papa.

*Mutius Ricietius* edidit

*De interioribus diuitijs Sacelli Exquilini à Paulo V. erecti Carmina Latina.* Læguntur apud Bzouium in Pont. Rom.

Claruit sub Paulo V. Rom. Pont.

*Mutius Sfortia*, Monopolitanus, aliis Iustinopolitanus, Italus, edidit

*Tyberim, seu Poëma de rebus gestis Pij V. Pont. Max. Venetiis* 1586. apud Nicolaum Moretum.



*Clementiadem*, seu Poëma de Clemente VIII. Papa. Venetiis 1586. apud Nicolaum Moretum.

*Clementiados libros 2.* seu de actionibus Clementis VIII. Rom. Pont. Romæ apud Aloysium Zannetum 1593. in 4. Carmine.

Vixit sub Clemente VIII. Rom. Pont.

M. VVesselus, Croningensis, Germanus, scripsit

*Tractatum de dignitate & potestate Ecclesiastica.* Extat tomo 1. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 563. ad 572.

*Propositiones de potestate Papæ & Ecclesiæ.* Extant tom. 1. *Monarchia* Goldastina à pag. 572. ad 574.

*Responsionem de potestate Papæ, & materia indulgentiarum.* ibid. à pag. 574. ad 588.

Claruit anno salutis 1476. sub Sixto IV. Papa.

## N.

**N**ARRATIO verissima eorum, quæ contigerunt in disputatione publicè proposita Parisiis de absoluta Papæ potestate. A. D. MDCII. Extat tom. 3. *Monarchia prohibita* Melchioris Goldasti Calvinistæ pag. 755. & seqq.

Narius Bandineus, Eques Senensis, scripsit

*Orationem habitam Romæ ad Paulum III. Summum Pontificem.* Floruit sub dicto Papa Paulo III.

Neophytus Rhodinus, Cyprius, Monachus Ordinis S. Basilij, scripsit Græcè

*Gregorij XIII. Pont. Opt. Max. vitam.*

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub Urbano VIII. Papa.

Nicephorus Callistus, Xanthopulus, Græcus, scripsit

*S. Petri Apostoli vitam*, lib. de XII. Apostolis.

*De S. Petro & Simone Mago*, lib. 2. historiarum Ecclesiasticarum. cap. 27. 36. & 37. lib. 3. cap. 5. 6. & seqq.

Vixit anno Domini 1305. sub Clemente VIII. Rom. Pont.

Nicolai V. Rom. Pont. *Conclauæ & Diarium* MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

Nicolaus



*Nicolaus Alemannus*, Bibliothecæ Vaticanæ custos, edidit  
*In Columnam Pauli V. è templo Pacis in Exquilinum translatam, Carmina.* Leguntur apud Abrahamum Bzouium in *Pontifice Romano.*

*Dissertationem historicam de parietibus Lateranensibus.*

*De Principis Apostolorum sepulchro librum MS.*

Floruit Romæ sub Paulo V. Pont. Max.

*Nicolaus Ardhingellus*, Florentinus, & Alexandri Farnesij Cardinalis Pauli III. Papæ nepotis Secretarij Piceni Vicarius, Episcopus Forosempronienfis, deinde Galliarum Nuncius, postremò S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Apollinaris, scripsit Italicè

*Lib. de negotiatione sua, pro pace ineunda inter Franciscum I. Regem Christianissimum, & Carolum V. Imperatorem, Summo Pontifice Paulo III. mediante, incipit, Sire la Santita di nostro Signore, &c.* Legi Romæ MS. in Bibliotheca Monachorum Valis-umbrosæ S. Praxedis, vbi asseruatur.

Obiit Romæ anno Christi 1547. 10. Kal. Septembris, sub Paulo III. Papa: sepultus est in Ecclesia S. Mariæ ad Mineruam cum Epiraphio.

*Nicolaus Coëffteus*, vulgò *Coëffteau*, Cenomanensis, Gallus, Ordinis Prædicatorum, Doctor Parisiensis, Prædicator Regius, Episcopus Dardanensis, & Suffraganeus Metensis, deinde nominatione Regia Episcopus Massiliensis, edidit

*Pro Romano Pontifice, aduersus Iacobum Angliæ & Scotiæ Regem, Ministerium iniquitatis Philippi Mornæi Plessæi, & Rempubicam Marci Antonij de Dominis, Archiepiscopi Spalatenfis.*

Obiit Parisiis anno salutis 1623. 11. April. sub Gregor. XV. Papa: iacet apud Dominicanos.

*Nicolaus Crassus*, IC. Venetus, edidit

*Antiparanesin ad Cardinalem Baronium pro Republica Veneta.* Extat tom. 3. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 414. ad 439. Patavij 1607 in 4.

Vixit sub Paulo V. Pont. Max.

*Nicolaus de Cusa*, Germanus, ex Canonico Regulari Archidiaconus Leodiensis, Protonotarius Apostolicus, Episcopus Brixen-

Ecc 2 nensis



nenfis, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Petri ad Vincula, scripsit

*Pro Romano Pontifice aduersus Bohemos Hereticos.*

*De concordia Catholica ad Concilium Basiliense.*

Obit Tuderti in Umbria pridie Idus Augusti, anno 1464. ætatis 63. corpus Romam delatum in tit. S. Petri ad Vincula, quem restituerat, sepultum est cum Epitaphio alibi dando; cor verò ad Hospitalem domum Cusæ delatum, in templi choro sub marmore collocatum fuit.

*Nicolaus Estensis*, Italus, Episcopus Adriæ, Herculis Estensis Ferrariæ Ducis Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Alexandrum VI. Pont. Max. nomine Ducis Herculis.*

*Nicolaus Gelder* edidit

*In Sacelli Exquilini Pauli V. exteriorem partem, carmina Latina, leguntur apud Bzouium in Pontifice Romano.*

Vixit Romæ sub Paulo V. Pont. Rom.

*Nicolaus Macchiauellus*, ciuis & Secretarius Florentinus, edidit *Historia Florentina* libros 8. in quibus migrationes populorum Septentrionalium, ruina imperij Romani, & *incrementum Romanorum Pontificum*. Argentinae anno 1610. in 8. Hic inter Auctores primæ classis adscribitur.

*Nicolaus Mameranus*, Lucemburgensis, edidit

*Epistolam de eo, quòd S. Petrus Romæ fuerit.*

Claruit anno salutis 1560. sub Pio IV. Papa.

*Nicolaus Manerbius*, Venerus, Ordinis Camaldulensis Abbas S. Michaëlis de Lemo, deinde S. Matthiæ de Murano, edidit Italicè

*Sanctorum quorundam Romanorum Pontificum vitas*, in historia Sanctorum Venetiis anno 1525. edita.

Viuebat anno Christi 1574. sub Gregor. XIII. Rom. Pont. ex Francisco Sansouino.

*Nicolaus Maxiacutus* scripsit carmine

*De Romanis Pont.* ex Iodoco Coccio in *Thesauro Catholico*.

Floruit anno salutis 1180. sub Alexandro III. Rom. Pont.

*Nicolaus Montacutus*, Anglus, scripsit

*De Rom. Pont.* ex Ioanne Pitæco de *illustrib. Angliæ scriptorib.*

Floruit



Floruit anno Domini 1466. sub Paulo II. Papa.

*Nicolaus Morus*, vel *Maurus*, Taruisinus, Italus, scripsit vulgari sermone

*Benedicti XI. Romani Pontificis vitam*, ex Bartholomæo Burchelato Medico in *historia Taruisina*.

*Nicolaus Oranus*, Belga, Ordinis Minorum, edidit Latine

*Conuersionem Cornelij Centurionis Casarei, factam per D. Petrum Apostolum* 30. concionibus explicatam. Montibus Hanonia 1634. apud Franciscum V Voudre.

Vixit sub S. D. N. Vrbanò VIII. Pont. Opt. Max.

*Nicolaus à Prato*, seu *Martini*, natione Tuscus, patriâ Pratenfis, Ordinis Prædicatorum Theologus, ex Ordinis Procuratore in Curia Romana Episcopus Spoletanus, postea Vicarius Papæ in Vrbe, postremò S. R. E. Presbyter Cardinalis, Episcopus Ostiensis, & Veliternus, scripsit

*De ratione Pontificalium Comitiorum habendorum* lib.

Obiit Auenione anno gratiæ 1321. sub Ioanne XXII. Papa; conditus est in Ecclesia Prædicatorum cum Epitaphio.

*Nicolaus Philelphus*, Talentinus, Italus, scripsit

*Nicolai V. Pont. Max. vitam*, libris 2. distinctam.

*Nicolaus Ploueus*, vulgò *de Ploue*, Gallus, Theologus, edidit

*De Summi Pontificis auctoritate tractatum*. Parisiis in 8.

*Nicolaus Roccus* scripsit

*Sixti V. Pont. Opt. Max. vitam*, quæ extat MS.

*Nicolaus Rossellius*, Tarraconensis, Arragonius, vnde vulgò *de Arragonia* dictus, Ordinis Prædicatorum Theologus, ex Pro-uinciali & Inquisitore generali Arragoniæ S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sixti, deinde S. Sabinæ, scripsit

*Romanorum Pont. vitas*. Extant MSS. in Bibl. Sfortiana Rom. etiam in illa Collegij Capranicensis, & in Vaticana, n. 498.

Obiit anno salutis 1362. 5. Kal. April. sub Innocentio VI. Papa; sepultus Maioricis in Ecclesia Prædicatorum.

*Nicolaus Sanderus*, Anglus, Sacerdos Theologus, edidit

*Sedem Apostolicam*, seu *de militantis Ecclesiæ Romana potestate*, *Romanorumq. Pontificum Primatu & auctoritate*. Venetiis anno 1603. in 4.

*De Romano Pontifice*, lib. 8. *visibilis Monarchiæ*.



*De Antichristo aduersus protestantes, qui Romanum Pontificem audent Antichristum vocare, lib. 8. de Monarchia visibili.*

Vixit sub Clemente VIII. Rom. Pont.

*Nicolaus Serrarius, Raberulanus, Lotharingus, S. I. Theologus, edidit*

*De S. Petro Apostolorum Principe, lib. de 12. Apostolis.*

*Aduersus fabulam Ioanna Moguntina Papissa, lib. 1. cap. 41. rerum Moguntinarum.*

Viuebat tempore Pontificatus Pauli V. Papæ.

*Nicolaus Simonis, Barauus, Ordinis Carmelitarum Theologus, & Prouinciæ inferioris Germaniæ Prior Prouincialis, scribit*

*De potestate Papæ, Imperatoris, & Concilij libros, qui à quibusdam tribuuntur Nicolao Tudescchio, Cardinali Panormitano, vt notat Possseuinus in Apparatu sacro, v. N.*

Decessit Harlemi anno Christi 1531. sub Ioanne XXIII. Rom. Pont. sepultus est in Ecclesia Carmelitana.

*Nicolaus Tigrinus, Lucensis, eiusdemque Reipublicæ ad Romanos Pontifices Orator, edidit*

*Orationem habitam Roma ad Alexandrum VI. Papam, nomine Lucensium. Parisiis 1577. in 16. apud Hieronymum de Marnef.*

*Orationem habitam ad Pium III. Papam.*

*Orationem habitam ad Iulium II. Papam.*

Vixit sub Iulio II. Romano Pontifice.

*Nicolaus Tucius, Lucensis, eiusdem Reipublicæ ad Romanum Pontificem Orator, scripsit*

*Orationem, quam habuit Roma ad Gregorium XIV. Papam, nomine Lucensium.*

*Nicolaus Tudescchius, Catanensis, Siculus, Abbas Ordinis S. Benedicti, Archiepiscopus Panormitanus, deinde S. R. E. Cardinalis à Felice V. Antipapa creatus, scripsit*

*De potestate Papæ & Concilij libros, secundum quosdam; sed Antonij Possseuini iudicio sunt Nicolai Simonis Carmelite, vt supra monuimus. Incipiunt, Papa non potest sine causa rationali, &c. Extant MSS. Patani in Bibl. S. Ioannis in Viridario.*

Obit Panormi anno Christi 1445. sub Eugenio IV. Papa: sepultus in sua Cathedrali cum Epitaphio.

*Nicolaus*



Nicolaus Vigucrius, edidit

*De Venetorum excommunicatione, aduersus Casarem Baronium dissertationem, cum adiuncta responsione Christianorum Reip. Venet. ciuium & amicorum, ad Antichristianam Casaris Baronij Paranesin.* Francofurti 1607. in 4. ex Officina Feyerabendina, & 1606. in 4. apud Commelinum.

Nicolaus Villanius, Pistoriensis, Italus, edidit

*De laudibus Gregorij XV. Pont. ter Max. Carmen.* Viterbij apud Petrum discipulum anno 1621. in 4.

*Cautiones ad sanctitatem D. N. Urbani VIII. Papæ, ad Antonium Brunum.* Venetiis apud Antonium Pinellum 1632. in 4. Italicè.

Floruit anno Christi 1633. sub Urbano VIII. Pont. Max.

Nilus, Archiepiscopus Theffalonicensis, Græcus, schismaticus, scripsit

*Contra Primatum Romani Pontificis libros veneni plenos.* Prodiierunt Lugduni 1595. in 8. Interprete Bonauentura Vulcanio hæretico, & tom. 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluiniſtæ. Prohibentur in *Indice Romano.*

*Nomenclator præcipuorum iam inde nato Christo Ecclesiæ Doctorum, Scriptorum, Professorum, &c.* Cui accesserunt continua series *Romanorum Pontificum*, atque Imperatorum: & Catalogus præcipuorum Conciliorum, &c. Prohibetur in decreto 16. Martij 1621.

S. Norbertus, Zanctinus, in Ducatu Cliuiæ natus, diœcesis Coloniensis, Ordinis Præmonstratensis Patriarcha, ac Magdeburgensis 1. Archiepiscopus, scripsit

*Pro defensione Innocentij I I. Papæ, contra Petrum Leonis Antipapam.*

Obiit anno Domini 1134. die 6. Iunij sub Innocentio I I. Rom. Pont.

O.



STAVIANVS VESTRIVS, Forocornelius, Italus, Iurisconsultus, scripsit

De



*De officijs & officialibus Curie Romana, & in quibus eorum versatur officium.*

Claruit sub Gregorio XIII. Romano Pontifice.

Octavius Baronius, Italus, edidit

*Panegyricum Carmen*, ad Vrbanum VIII. Pont. Max. Romæ apud hæredem Bartholomæi Zanneri 1627. in 4.

Vixit Romæ sub S. D. N. Urbano VIII. Pontifice Optimo Maximo.

Octavius Meninus, IC. Foroiuliensis, ac Cenetensis Præfectus, scripsit

*Orationem ad Clementem VIII. de Ferraria recepta.* Venetiis 1598. in 4.

*De immensa Curie Romana potentia moderanda* Orationem ad sacri Romani Imperij Principes. Extat tom. 3. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 386. ad 388.

*Odium in adultores Pontificis Romani.* Extat ibidem apud eundem pag. 389. & 390.

Vixit tempore Pontificatus S. D. Pauli V. anno 1606.

S. Odilo, Gallus, Abbas 5. Cluniacensis, diocesis Matifconensis, scripsit

*De S. Petro Apostolorum Principe Homiliam.*

Decessit Siluianici in Borbonio anno Domini 1048. Pridie Calendas Ianuarias, ætatis 87. sanctâ Sede Romanâ tunc vacante per obitum Clementis II. Papæ.

*Officialium Romanæ Curie & Thesaurariæ Apostolicæ libri*, MSS. Romæ in Bibliotheca Vaticana.

Onithon, Italus, Episcopus Sutrinus, scripsit

*Romanorum Pontificum Chronicon.*

Onuphrius Panuinus, Veronensis, Italus, Ordinis Augustinianorum Theologus, & historicus Ecclesiasticus, edidit

*De Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad Paulum IV. Epitomen; ubi de electionibus singulorum & Conclauis compendiarium narrationem.* Venetiis anno 1557. & 1573. in fol. Colonia 1574. apud Maternum Cholinum.

*Continuationem historia Romanorum Pontificum Platina à Leone IX. vsque ad Paulum IV.* Colonia 1574. in folio & 1600.

*Eiusdem*



*Eiusdem* 27. *Pontificum Maximorum Elogia & Icones*. Romæ 1578. in fol. typis æneis delineatas.

*De Primatu Petri & Apostolica Sedis potestate* libros 3. Venetiis apud Franciscum Franciscium anno 1591. in 4.

*De dignitate Sedis Apostolica, & de potestate summi Pontificis aduersus Centuriatores hereticos* librum, qui inscriptus est, *Historia Ecclesiastica*, MS.

*De origine Cardinalatus*.

*De creationibus summorum Pontificum, deque morte ipsorum, interregno, legibus eâ de re sancitis à D. Petro vsque ad Pium IV.* MS.

*Vitas Romanorum Pontificum ab edito diuersas*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina in relationibus Cl. V. Gabrielis Naudæi.

*Chronicon Ecclesiasticum Romanorum Pontificum, Imperatorum, &c.* MS. Prodiit Colonia 1574. in fol. apud Maternum Cholinum.

Obiit Panormi in Sicilia anno Domini 1568. Pridie 8. Aprilis, ætatis suæ 39. sub Pio I V. Rom. Pont. sepultus est apud Augustinianos cum Epitaphio inciso in nigro marmore ab eius amicis extructo, vnâ cum effigie ad viuum expressa.

S. *Optatus Mileuitanus*, Episcopus, natione Afer, scripsit

*De Romanorum Pontificum successione*, lib. 2. contra Parmenidem.

Floruit anno à partu virgineo 365. sub Felice II. Romano Pontifice.

*Oratio pro Iulio II. Ligure à quodam benè docto & Christiano perscripta*. Prohibetur in *Indice Romano*.

*Orationes funebres*, in morte Pontificum, Imperatorum, &c. Hannoniæ 1613. in 8. apud hæredes Aubrij.

*Orationes gratulatoria*, in Electione, Coronatione, Natiuitate, nuptiis & triumphis Pontificum, Imperatorum, Regum, &c. Hannoniæ 1613. in 8.

*Ordo Pontificum, qui Cathedram S. Petri tenuere à S. Petro vsque ad Ioannem XII. Papam*. Extrat M S. Patauij in Bibliotheca S. Ioannis de Viridario.

*Otho Frisingensis*, Episcopus Ordinis Cisterciensis, scripsit

Fff

De



*De Romanis Pontificibus*, in Chronico.

Vixit anno salutis 1145. sub Eugenio III. Rom. Pont.

*Ovidius de Amicis*, à Pedemontio, olim Canonicus Capuanus, IC. & Protonotarius Apostolicus, edidit

*De Primatu Ecclesie tam in spiritualibus, quàm temporalibus*, discursus duos, ad Vrbanum VIII.

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub S. D. N. Vrbanò VIII. Papa.

## P.

**P**ANDVLPHVS MASCA, Pisanus, Tuscus, S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. duodecim Apostolorum, Prior Presbyterorum, scripsit

*Romanorum Pontificum vitas à S. Petro vsque ad Innocentium III.* Venetiis anno 1547. & 1600. Extant MSS. in Bibliotheca Vaticana num. 226. & 3762. & in Museo Alexandri Cherubini.

*Gelasij II. Papæ vitam*, quam *commentarijs* illustravit R. P. D. Constantinus Caietanus Abbas, ad Vrbanum VIII. Pont. Max. Romæ anno 1638. in 4. typis Caballinis.

Obiit anno salutis 1198. sub Innocentio III. Romano Pontifice.

*Panigarda* scripsisse comperio

*S. Petri Apostoli vitam.* Venetiis anno 1595. in 8. ex Paulo Bolduano hæretico in *Bibliotheca historica* pag. 98.

Claruit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

*Papyrius Massonus*, vulgò *Masson*, Segusianus, Gallus, Iurifconsultus, edidit

*De Episcopis Urbis Romæ, seu de vitis Romanorum Pontificum.* Prodiit Parisiis, tamen prohibetur in *Indice Romano*, donec expurgetur.

Decessit Parisiis anno salutis 1603. sub Pontificatu Clementis VIII. sepultus est in Ecclesia Billetarum, quæ nunc est Carmelitarum, reformationis Rhedonensis.

*Paris de Craßis*, Cæremoniarum Pontificiarum Magister, scripsit

De



*De Cæremonijs Pontificis Romani tractatum*, MS. Romæ in Bibliotheca Vaticana, & Pisauri in illa Serenissimi Ducis.

*Diaria Iulij II. Rom. Pont. MSS.* Romæ in Vaticano.

*Diaria Leonis X. Rom. Pont. MSS.* Romæ in Vaticano.

Claruit sub Leone X. summo Pontifice.

*Parisiensis*, *Oxonienfis*, *Pragenfis*, & *Romanæ Academiæ* epistola, *de auctoritate Imperatoris in schismate Paparum tollendo*, &c. ad Urbanum VI. & Venceflaum Imperator. ann. D. MCCCCLXXX. Extat tom. I. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 229. ad 232.

*Participationum*, seu *Diusionum*, *de minutis seruitijs*, S. R. E. Cardinalium liber, MS. Romæ in Vaticano.

*Patricius Myrton*, Abedonensis, Scotus, V. I. Doctor, scripsit *De capite visibili Ecclesie librum*.

Vivebat anno salutis 1560. sub Pio IV. Pont. Max.

*Pauli II. Papæ Conclauæ & Diaria*, MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

*Pauli III. Papæ Conclauæ & Diaria*, MSS. Romæ ibid.

*Pauli III. Papæ Itineraria duo Perusiam & Niciam versùs*, MSS. ibidem.

*Pauli IV. Papæ Conclauæ & Diaria*, MSS. ibid.

*Pauli V. Papæ Conclauæ & Diaria*, MSS. ibid.

*Pauli Constantinopolitani Patriarchæ epistola*, ad Papam & Cardinales, MS. Romæ in Vaticano.

*Paulus Æmilius Sanctorius*, Casernatus, Italus, vtriusque Signaturæ Referendarius, Consultor S. Officij, Pœnitentiariæ Datarius, ac Archiepiscopus Cusentinus, edidit

*SS. Petri & Pauli Apostolorum vitam*. Romæ anno 1597. ex Typographia Antonij Zanneti.

Vixit sub S. D. Clemente VIII. Pont. Max.

*Paulus de Angelis*, Abbas, Italus, edidit

*Basilicæ S. Mariæ Maioris de Vrbe descriptionem, & delineationem*. Romæ 1620. in fol. & in Ciaconio 1630. edito in Paulo V.

Floruit Romæ anno Christi 1631. sub Urbano VIII. Pontifice Maximo.

*Paulus Angelus*, Theologus, scripsit



- De potestate Papæ librum.*  
*Paulus Ammicula, seu Amicola, Abbas Cellæ veteris, scripsit*  
*De auctoritate Summi Pontificis.*  
 Obiit anno Domini 1535. sub Paulo III. Rom. Pont.  
*Paulus Belmisserus, Medicus, scripsit*  
*De discessu Clementis VII. Pontificis in Galliam, Elegiam.*  
*Alteram ad eundem Pontificem de bello in Turcas mouendo. Ba-*  
*fileæ apud Robertum VVinterum.*  
 Claruit sub Clemente VII Pont. Max.  
*Paulus Bernrietensis, Germanus, Augustinianus, Episcopus Au-*  
*gustanus, scripsit*  
*Vitam Gregorij VII. Rom. Pont. lib. 2. distinctam. Prodiit In-*  
*golstadij anno 1610. Latinè.*  
 De tempore quo vixit nihil reperio.  
*Paulus Bombinus, Religiosæ Congregationis Somaschæ Presby-*  
*ter, Theologus, scripsit*  
*Vitam Gregorij XIII. Pont. Opt. Max.*  
*Vitam Sixti V. Papæ.*  
*Vitas reliquorum Pontificum ad Clementem VIII.*  
*De Summo Pontifice.*  
*De Concilijs.*  
 Vixit Romæ anno Domini 1630. sub Urbano VIII. Papa.  
*Paulus Comitulus, Italus, S.I. Theologus, edidit*  
*Tractatum Apologeticum pro defensione Pauli V. Rom. Pont. con-*  
*tra Venetos.*  
 Vixit sub Paulo V. Summo Pontifice.  
*Paulus Cortesius, Protonotarius Apostolicus, scripsit*  
*De Cardinalatu librum.*  
 Floruit anno Christi 1509. sub Iulio II. Papa.  
*Paulus, Decretorum Doctor Anglus, scripsit*  
*Speculum super plenitudine potestatis Papalis. Extat tom. 2.*  
*Monarchiæ Goldasti Calvinistæ à pag. 1527. vsque ad*  
 1558.  
*Paulus, Diaconus Aquileiensis, natione Lombardus, Desiderij*  
*Regis Longobardorum Secretarius, deinde Monachus Cas-*  
*finensis, scripsit*  
*De rebus gestis S. Gregorij Magni Papæ.*

Claruit



Claruit anno Domini 774. sub Hadriano I. Rom. Pont.  
*Paulus Iouius*, Italus, Episcopus Comensis, edidit  
*Leonis X. & Hadriani VI. Romanorum Pontificum vitas*, quas  
 vertit Italico idiomate Ludouicus Dominicus. Florentiæ  
 1549. in 8. & 1551.

*Clementis VII. Pont. Max. vitam.*

Obiit Florentiæ, ibidemque sepultus est in Claustro S. Lau-  
 rentij, cum Epitaphio & effigie ad viuum expressa.

*Paulus Isuardus*, Ferrariensis, Italus, Abbas Congregationis Cassi-  
 nensis, scripsit

*De SS. Apostolis Petro & Paulo Hymnos*, vario generis car-  
 mine, qui concessu Capituli Generalis decantatur in eorum  
 solemnitatibus, in Cœnobio S. Benedicti Mantuani, vbi affer-  
 uantur MSS.

Claruit anno Domini 1590. sub Sixto V. Pont. Max.

*Paulus Iustinianus*, Patritius Venetus, Eremita Camaldulensis,  
 scripsit ad Leonem X. Papam

*De officio Pontificis tractatum.*

Obiit in Eremita S. Orestis anno salutis 1528. mense Augu-  
 sti sub Hadriano VI. Romano Pontifice.

*Paulus Lelius Petronus*, scripsit

*Alexandri V. Romani Pontificis Diaria* MSS. Romæ in Bi-  
 bliotheca Barberina.

*Paulus Morigia*, Mediolanensis, Ordinis Iesuatorum, edidit

*Elogia Romanorum Pontificum Religionum Fundatorum.*

*Summarium Chronologicum vitarum Romanorum Pontificum.*

Bergomi anno 1601. in 4. Italicè

*Descriptionem familie Gregorij XIV. Rom. Pont.* Mediolani  
 anno 1591. in 4. apud Pacificum Pontium, Italicè.

Floruit sub Clemente VIII. Pont. Max.

*Paulus Pansa*, Genuensis, Ligur, edidit Italicè

*Hadriani IV. & Hadriani V. Romanorum Pontificum vitas.*

Neapoli anno 1598. Item

*Innocentij VI. Papæ vitam.*

Claruit sub Clemente VIII. Pont. Max.

*Paulus Princeps de la Scala*, edidit opus, cui titulus est,

*Vaticiniorum & imaginũ Ioachimi Abbatis Florentis Calabriae,*



& *Anselmi Episcopi Marsicani, super statu summorum Pontificum Romana Ecclesia, contra falsam cuiusdam Pseudomagi, quae nuper nomine Theophrasti Paracelsi in lucem prodijt, Pseudomagicam expositionem, indubitata explanatio.* Coloniae ex Officina Typographica Theodori Graminaei 1570. in 4.

*Eiusdem loci communes Theologici, siue pro Ecclesia Romana, eiusque auctoritate, aduersus Vesanium Neophistorum, Oratio, &c.* Coloniae ex Officina Typographica Theodori Graminaei 1571. in 4.

*Paulus Reginus, Neapolitanus, S. Th. Doctor, profectus est Vitam S. Celestini V. Papae, à Iacobo Caietano Cardinali conscriptam, quam edidit etiam Italicè Neapoli anno 1581. in 8. apud Ioannem Baptistam Capelli.*

Vixit sub Gregorio XIII. Romano Pontifice.

*Paulus Sarpus, Venetus, edidit*

*Veneti interdicti historiam sub initio Pontificatus Pauli V. Rom. Pont. Canterugiæ in 4.*

Claruit sub Paulo V. summo Pontifice.

*Paulus Seruita, ab Ordine seruorum B. V. Mariae sic denominatus, Venetus, Theologus, edidit Italicè*

*Considerationes in censuras Pauli V. contra Rempublicam Venetam. Prohibentur in edicto 20. Septembris 1606. Extant tom. 3. Monarchia Goldasti.*

Vixit sub Paulo V. Rom. Pont.

*Paulus Sherlogus, Hibernus, patriam Manapiensis, S. I. Theologus, edidit*

*De Pontificis Romani humano & Politico Magistratu propugnato, aduersus Caluinicum, in explanatione de Christo & Ecclesia tom. 2. Commentariorum in Canticum Canticorum Salomonis. Lugduni 1637. in fol. apud Iacobum Prost.*

Vixit sub Matrili in Hispania anno gratiae 1637. sub Urbano VIII. Papa.

*Paulus Thenpulus, Venetorum Orator Romanus, scripsit*

*Orationem habitam Romae ad S. D. Gregorium XIII. Pont. Max. nomine Serenissimae Reipublicae Venetae.*

*Paulus Venetus, Neotericus, Augustinianus Theologus, scripsit*

De



*De Romani Pontificis potestate librum, ex Thoma Gratiano in Anastasi Augustiniana, v.P.*

*Paulus Voluckius, Polonus, Episcopus Luceoriensis, Regni Poloniae Senator, Sigismundi III. Poloniae, Sueciae, Gothorum & Vandalorum Regis Orator Romanus, scripsit*

*Orationem, quam habuit Roma anno 1613. ad Paulum V. Pont. Max. nomine Regis Poloniae.*

*Pelagius Aluarus, Lusitanus, Ordinis Minorum Theologus, Episcopus Syluensis, scripsit*

*De Romano Pontifice, lib. de Planctu Ecclesiae.*

*Apologiam pro Ioanne XXII. Romano Pontifice, aduersus M. Guilielmum Ochamum, eiusdem Ordinis Theologum.*

*Vixit sub Ioanne XXII. Papa. Aliqui putant fuisse Cardinalem.*

*Peregrinus Massellus, Patauinus, Augustinianus Theolog. scripsit*

*De potestate summi Pontificis & Concilij, cum comparatione adinuicem.*

*Obiit Patauij nonagenario maior anno Christi 1556. sub Paulo I V. Pont. Max.*

*Petrus, cuius nomen ignoratur, scripsit*

*Glossas in Pontificale Romanorum Damasi, & continuationem Anastasij Bibliothecarij & Pandulphi Pisani. Extant MSS. Romae in Bibliotheca Barberina.*

*Vixit sub Urbano V. Pont. Max. vt colligitur aliquot in locis praedicti operis.*

*Petrus Albinianus Trotius, Italus, IC. scripsit*

*De potestate Papa.*

*Claruit sub Gregorio XIII. Pont. Max.*

*Petrus Albretius, Antonij & Ioannae Regum Nauarrae, Orator Romanus, scripsit*

*Orationem, quam habuit Roma ad Pium IV. Rom. Pont. nomine Antonij & Ioannae Regum Nauarrae.*

*Petrus Alliacensis, seu de Alliace, Gallicè D'ailly, Compendiensis Picardus, Doctor ac Cancellarius Vniuersitatis Parisiensis, Magnus Franciae Eleemosynarius, Episcopus 69. Podiensis, inde 11. Vaurensis, & 65. Cameracensis, postremò S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Chryfogni, scripsit*

*De*



*De stabilitate Ecclesie.*

*De Concilio Generali.*

*De electione summi Pontificis.*

*De Ecclesiastica potestate.*

*Vitam S. Petri Celestini Pont. Max.* quæ legitur in *historia Sanctorum*, à Laurentio Surio collecta. Eam MS. possidet Cl. V. Gabriel Naudæus, Eminentissimi Iulij Cardinalis de Mazzarini Nobilis Aulicus à Litteris.

Obiit Auenione anno Domini 1425. 6. Idus Augusti, sub Martino V. Rom. Pont. Corpus Cameracum est delatum, & conditum in Ecclesia Cathedrali cum Epitaphio.

*Petrus Amelius*, vulgò *Ameuil*, Alethensis, vel Alectensis, Auxitanus, Augustinianus, S. Th. D. & Episcopus Senogalliæ in Italia, scripsit carmine

*Iter Gregorij XI. Pont. Max.* Extat apud Papyrium Massonum in *Gregorio XI.* & Alphonsum Ciaconium *ibid.*

Claruit sub Gregorio X. Rom. Pont.

*Petrus Apollonius Collatius*, Nouariensis, Presbyter, scripsit

*De S. Petro Apostolorum Principe*, in Fastis, qui extant tom. 8. *Bibl. Patrum.*

*Petrus Arcudius*, Græcus, scripsit

*In Columnam à Paulo V. Pont. Max.* è veteri Pacis templo in *Exquilinum translata*, carmina Græca.

Vixit Romæ sub Paulo V. Pont. Max.

*Petrus Auithius*, vulgò *D' Auithy*, Turnonensis, apud Heluios, è Nobilium Viceregius Cubicularius, edidit

*Romanorum Pontificum Catalogum*, in historia totius mundi Parisiis edita.

Obiit Parisiis circa annum salutis 1636. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Petrus Barzius*, Polonus, Senator, ac Sigismundi Augusti Regis Poloniæ Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Pium V. Pont. Max. nomine Sigismundi Regis.*

*Petrus Bertrandus*, Annonensis, apud Heluios Montanos, Galus, ex Consiliario Regio Episcopus 78. Niuernensis, deinde 64. Æduensis, postremò S. R. E. Presbyter Cardinalis, Episcopus



Episcopus Ostiensis & Veliternus, scripsit aduersus Petrum de Cuneris, Aduocatum Regium.

*De origine & usu iurisdictionum, siue de temporali & spirituali potestate librum.* Extat tom. 2. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ.

Obiit peste Auenione anno Christi 1348. die 24. Iunij, sub Clemente VI. Papa; sepultus est in Prioratu B. Mariæ de Mortault, quem fundauerat iuxta Auenionem.

*Petrus Boninsegnius* scripsit

*Vrbani VI. Pontificis Maximi vitam.*

*Petrus Canisius*, Nouiomagus, Belga, S. I. Theologus, edidit *Romanorum Pontificum Catalogum à S. Petro vsque ad Paulum V.*

*S. Leonis Magni vitam*, quam præfixit operibus dicti Leonis Colonia Vbiorum editis.

*De Pastore vniuersalis Ecclesiæ tractatum.* Extat in *summa Doctrinæ Christianæ*, Dilingæ anno 1571. in 8. Antuerpiæ 1566. in 16. & 1592. in 12. Venetiis 1574. in 12. edita.

Obiit Friburgi apud Heluetios anno Christi 1597. die 21. Decembris, ætatis suæ 77. sub S. D. Clemente VIII. Papa.

*Petrus Cara*, Sabaudia Ducis Orator Romanus, scripsit *Orationem, quam habuit Romæ ad Alexandrum VI. Romanum Pontificem nomine dicti Ducis Sabaudia.*

*Petrus Charron*, Parisinus, Doctor Sorbonicus, Regis Christianissimi Orator Romanus, edidit

*Orationem, quam habuit Romæ in Aula Regia ad summum Pontificem, cum Regis Christianissimi nomine, summo Pontifici obedientiam exhiberet.*

Decessit Parisiis apoplexiâ correptus hoc sæculo.

*Petrus Cheurerius*, Ducis Sabaudia Orator Romanus, scripsit *Orationem habitam Romæ ad Innocentium VIII. Pont. Max. nomine Ducis Sabaudia.*

*Petrus Cijar*, Gallus, Ordinis S. Mariæ de Mercede Theologus, scripsit

*De potestate Romani Pontificis librum.* Parisiis 1506. apud Ioannem Garmonium.

Claruit sub Julio II. Pont. Max.



*Petrus Cluniacensis*, Monachus, patriâ Pictavius, scripsit  
*Panegyricum Gelasij II. Pont. Max.* hoc est, *Epitaphium*,  
 quod retuli *lib. 1. huius Bibliotheca, v. G.*

Floruit sub Calixto II. Rom. Pont.

*Petrus à Cordua*, Comes Capræ, & Hieronymus Balbus, Episcopus Gurcensis, Ferdinandi Archiducis Austriae Oratores Romani, scripserunt

*Orationem habitam Romæ ad Alexandrum VI. Rom. Pont. nomine Ferdinandi Archiducis.*

*Petrus Cottonus*, vulgò *Cotton*, Roanensis, Segusianus, S. I. Theologus, Prædicator & Confessarius Regius, edidit

*De Romano Pontifice & Cardinalibus*, in Institutionibus Catholicis.

Obiit Parisiis sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max. die 19. Martij 1626. ætatis suæ 63.

*Petrus Corsinus*, civis & Episcopus Florentinus, ac S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. SS. Laurentij & Damasi, postea Episcopus Portuensis & S. Rufinæ, scripsit

*De abolendo schismate*, ut puto, *Urbani VI. & Clementis VII. Antipapæ.*

*Vitas aliquot Romanorum Pontificum*, ex Michaële Pocciancio *de Scriptoribus Florentiæ.*

Obiit Auenione anno Domini 1405. die 16. Augusti sub Innocentio VII. Rom. Pont. iacet apud Augustinianos cum Epitaphio.

*Petrus Crespetius*, Gallus, Monachus Celestinus, scripsit

*De S. Celestino V. Pont. Max.* Sermonem.

Claruit anno salutis 1598. sub Clemente VIII. Romano Pontifice.

*Petrus Cunerius*, vel *de Cunerijs*, vulgò *de Cugniers*, vel *Cunieres*, vel *du Coignet*, Eques, Consiliarius & Aduocatus Philippi Vallesij Francorum Regis, alijs Procurator, deinde Archidiaconus Parisiensis, scripsit

*Actionem coram Rege habitam de iurisdictione Ecclesiastica & Politica.* Extat *tom. 2. Monarchia prohibita* Melchioris Goldasti à pag. 1361. ad 1383.

Vixit anno 1328. sub Ioanne XXII. Rom. Pont. sepultus est



est in Ecclesia S. Iuliani de Santinis in Valesio, de *Saintines en Valois*.

S. Petrus Damianus, cognomento de *Honestis*, Rauennas, Monachus sanctæ Crucis de Auellana, Ordinis S. Benedicti Congregationis Columbæ, S.R.E. Episcopus Cardinalis Ostiensis, scripsit

*De privilegio Ecclesiæ Romanæ.*

*De officijs Pontificis librum 1.*

*De SS. Petro & Paulo Homilias 2.*

*De Stephano Papa & Martyre Homiliam 1.*

*De correctione Episcopi & Papa tractatum*, ab hæreticis Petro Damiano tributum. Extat tom. 2. Monarchiæ Melchioris Goldasti Caluinistæ à pag. 43. ad 45.

*Disceptationem Synodalem inter Imperij Romani Aduocatum, & Ecclesiæ Romanæ defensorem, de electione Pontificis Romani.* Extat tom. 2. Monarchiæ Melchioris Goldasti Caluinistæ à pagin. 45. ad 66.

Obiit Fauentiæ in Monasterio Dei Genitricis extra muros, die 22. Februarij, anno 1072. ætatis suæ 66. sub Alexandro II. Papa, ibidemque sepultus. Extat Epitaphium eiusdem in eius sepulchro excidendum, ab ipsomet elaboratum inter eiusdem Petri versus in Codice Basilicæ S. Petri reperiuntur à Cardinali Baronio tom. 10. *Annalium Ecclesiasticorum*, relatum.

Petrus Diaconus, Monachus, & Bibliothecarius Cassinensis, patriam Romanus, scripsit

*De SS. Petro & Paulo Sermonem.*

*S. Leonis Papæ vitam.*

*De rebus gestis Paschalis II. Papæ, & quorundam aliorum Romanorum Pontificum.*

Floruit anno Domini 1115. sub Paschali II. Papa. Obiit tamen Cassini, ubi & sepultus est.

Petrus Flandrini, aliàs *Flandrius*, Gallus, Decretorum Doctor, S.R.E. Diaconus Cardinalis tit. S. Eustachij, scripsit

*Deductionem materiæ schismatis oborti post mortem Gregorij XI. Rom. Pont.* Extabat MS. Romæ in Bibliotheca Cardinalis Sirleti.



Obiit Auenione anno salutis 1381. 10. Kal. Februarij, sub Urbano VI. Rom. Pont.

*Petrus Flores*, scripsisse comperio

*Sermonem ad sacrum Senatum Cardinalium de eligendo Iulij II. Papæ successoris.*

Viuebat anno Christi 1513. sub Leone X. Rom. Pont.

*Petrus Fontedonius*, Segobienfis Hispanus, S. Th. Doctor, Orator Romanus, scripsit

*Orationes 3. quas habuit ad Pium V. Pont. Max. Antuerpiæ 1575. in 8. typis Plantinianis.*

*Petrus Frizonius*, vel *Frizo*, vulgò *Frizon*, Gallus, Doctor Parisiensis, ac Canonicus Rhemensis, edidit ad Eminentissimum Alphonsum Ludouicum Plessæum Richelium Cardinalem, Archiepiscopum Lugdunensem, &c.

*Galliam purpuratam*, hoc est, *De omnibus Romanis Pontificibus, & Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus è Gallia oriundis.* Parisiis anno 1638. in fol. Latinè.

Viuit hoc anno Domini 1643. sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Max.

*Petrus Gallardus*, vulgò *de Gaillard*, Gallus, Aduocatus Parisiensis, edidit Gallico idiomate

*Chronicon Ecclesiasticum, seu Romanorum Ponticum à S. Petro vsque ad Sixtum V. postea auctum vsque ad Urbanum VIII.* studio Gabrielis Michaëlis de la Rochemaillet. Prodiit primò Parisiis anno 1585. deinde 1639. in 8. apud Cardinum Besongne.

Scribebat tempore Pontificatus Sixti V. Papæ.

*Petrus Galestinus*, Mediolanensis, S. Th. D. ac Protonotarius Apostolicus, edidit

*Orationem dedicationis Obelisci, quem Sixtus V. in foro Vaticano ad limina Apostolorum erexit, & benedictionem item Crucis, quam in eius præstigio collocauit explicatum.* Romæ anno 1586. in 4. typis Bartholomæi Grassij.

*Librum de translatione Pij V. Papæ, beatæ memoriæ, quam solemniter sanctoque pietatis officio S. D. N. Sixtus V. celebravit 6. Idus Ianuarij 1588.* Romæ typis Vaticanis.

*Theatrum Pontificale, in quo tabula spectatur Romanorum Pont. Historiam*



*Historiam summorum Pontificum à Platina conscriptam, & à Petro Galefino multis locis emendatam, notationibusque diligenter auctam, atque illustratam.*

Vixit sub Sixto V. summo Pontifice.

*Petrus Guilielmus*, aliis *Gillermus*, S. R. E. Diaconus Cardinalis, deinde Presbyter tit. S. Chryfogoni, & Bibliothecarius, scripsit *Romanorum Pontificum vitas, nempe à Nicolao I. usque ad Paschalem I I.*

Obiit sub Paschali II. Romano Pontifice.

*Petrus Grauius*, Panormitanus, Siculus, scripsit *Orationem, quam dixit Alexandro VI. summo Pontifici.*

*Petrus Gymnicus*, Germanus, patriâ Aquensis, Canonicus Marcurianus, scripsit

*De donatione Constantini.*

*Petrus Ioannes Perpinianus*, Valentinus, Hispanus, S. I. Theologus, edidit

*Orationem Latinam ad Pium IV. Rom. Pont. cum Gymnasium Societatis Iesu Romæ inuiseret.* Extat nona inter eius orationes, Lugduni apud Ioannem Pillehotte editas.

Obiit Lutetiæ Parisiorum anno salutis 1566. mense Nouembri, sub Pio IV. Papa.

*Petrus Ioannis*, (forfan ille, qui dictus est,) *Olius de Bituris*, Ordinis Minorum, è Castro Semicani Custodiæ Narbonæ Theologus, scripsit

*Quæstiones de Papa & Concilij auctoritate.* Extant MSS. Patuij in Museo Benedicti Saluatici, Medici.

Claruit anno Domini 1283. sub Martino I V. Papa, *Sixto Senensi* verò 1400. sub Bonifacio IX. nisi sint duo.

*Petrus Kintyrus*, Scotus, Presbyter, scripsit

*Laudes, acta, vitam, ac mortem Gregorij X. Romani Pontificis, librum I.*

Vixit anno salutis 1276. sub Ioanne XXI. Pontifice Romano.

*Petrus Lizetius*, Gallicè *Lizet*, Aruernus, IC. Protopræses Parisiensis, ac Abbas 37. Victorinus, edidit

*De summi Pontificis auctoritate tractatum.* Parisiis 1551.

Obiit Parisiis anno Christi 1554. 7. Idus Iunij, ætatis

Ggg 3 suæ



suæ 72. sub Iulio III. Rom. Pont. sepultus est in Ecclesia sua Abbatiali Victorina cum Epitaphio.

*Petrus de Luna*, Arrago, S.R.E. Cardinalis, deinde Antipapa Benedictus XIII. dictus, scripsit

*De potestate Papa & Concilij tractatum*. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Vaticana ex Rupipozæo in *Nomenclatura Cardinalium*. Vide, quæ diximus de eo, in *Catalogo Pseudopontificum*.

*Petrus de Lutra*, Germanus, Ordinis Præmonstratensis Theologus, scripsit

*Septenarium Candelabrum de summi Pontificis eminentia*, lib. 4.

*Aduersus Michaëlem quendam, eiusque Asselas sanctum Pontificem impugnantes librum* 1. ad Cardinalem Columnam.

Claruit anno Christi 1330. sub Ioanne XXII. Pontifice Maximo.

*Petrus Magnus*, Octauij Farnesij, Ducis Placentiæ Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Roma ad Gregorium XIII. Pont. Max. nomine Ducis Octauij, cum eidem Pontifici obedientiam exhiberet.*

*Petrus Malon*, Hispanus, Augustinianus Theologus, scripsit

*De S. Petro Apostolo tractatum*, ex Thoma Gratiano in *Anastasi Augustiniana*.

*Petrus Manlius* scripsit ad Alexandrum III. Pont. Max.

*De Romanis Pontificibus*, in opusculo historiæ sacræ.

*Petrus Maphæus*, Italus, scripsit Italicè

*Gregorij XIII. Rom. Pont. Annales libris 2. distinctos*. Extant MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina, ex relationibus Cl. V. Gabrielis Nudæi Parisini.

*Petrus de Marca*, Gallus, Senator Parlamenti Nauarræ, & Regis in sanctiore Consistorio Consiliarius, edidit ad Eminentiſſimum Cardinalem Ducem Richelæum,

*De concordia Sacerdotij & Imperij, seu de libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ dissertationem*, lib. 4. vbi fusiùs de Romano Pontifice. Parisiis apud viduam Ioannis Camusat anno 1641. in 4 Latinè.

Viuit



Viuit hoc anno Domini 1643. sub S. D. N. Urbano VIII.  
Pont. Opt. Max.

*Petrus Maria Campus*, Italus, Canonicus Placentinus, edidit  
*Relationem ad Gregorium XV. Pont. Max. transmissam an-*  
*no 1622. die 10. Martij, super processu & causa canonizationis,*  
*seu beatificationis Gregorij X. Papa, qua deinceps ab eodem S. D. N.*  
*remissa fuit sacre Congregationi Rituum examinanda. Placen-*  
*tia typis Alexandri Barachi apud Iacobum Ardizzo-*  
*num 1622.*

Viuebat anno Domini 1630. sub Urbano VIII. Pontifice  
Maximo.

*Petrus Matthaus*, vulgò *Matthieu*, Gallus, *Ioanne Imperiali Vi-*  
*centino Medico in Petri Elogio*, Sequanus, Iurifconsultus Lug-  
dunensis, Historiographus Regius, edidit

*De rebus gestis Romanorum Pontificum*, in historia Henri-  
ci IV. cognomento Magni Galliarum & Nauarræ Regis Chri-  
stianissimi.

Interiit peste anno Domini 1621. sub Paulo V. Romano  
Pontifice.

*S. Petrus Mauricius*, aliis *Mauriacenus*, cognomento Venerabilis  
Aruernus, Abbas 10. Cluniacensis, scripsit

*De S. Marcello Papa & Martyre librum.*

Obiit Cluniaci anno Domini 1157. 8. Calendas Ianuarias,  
sub Hadriano VI. Rom. Pont. sepultus est iuxta altare SS.  
Apostolorum Iacobi & Philippi.

*Petrus Michaël Delphinus*, Italus, edidit

*Decisionem de proportione Papa ad Concilium, & de eius Prin-*  
*cipatu. Venetiis anno 1569. in 4.*

Claruit sub Pio V. summo Pontifice.

*Petrus à Monte*, Venetus, Episcopus Brixienfis, edidit

*De Monarchia, in qua agitur è Conciliis Generalibus de*  
*potestate atque præstantia summi Pontificis, &c. Romæ apud*  
*Antonium Bladum 1537. Extat etiam inter tractatus iuris*  
*tom. 13. part. 1. fol. 144. Afferuatur MS. Romæ in Bibliotheca*  
*Sfortiana.*

Vixit sub Leone X. Romano Pontifice.

*Petrus de Natalibus*, Venetus, Episcopus Equilinus, edidit

*Sanctorum*



- Sanctorum Romanorum Pontificum vitas*, in Catalogo Sanctorum Venetiis & alibi edito.
- Petrus Opmerus*, Amstelodamus, Batavus, edidit  
*Concordia inter Alexandrum III. & Federicum Imperatorem Venetys confirmata narrationem*. Parisiis in fol.  
*Carmina de laudibus Gregorij XIII. Rom. Pont.* Leguntur in opere Chronologico.
- Icones & Elogia summorum Pontificum, &c.* Leguntur ibidem cum continuatione Laurentij Beyerlinck.
- Obiit Delphis anno Christi 1595. 4. Idus Nouembris, sub Clemente VIII. Rom. Pont.
- Petri & Pauli Passio*, MS. Græcè Pisauri in Bibliotheca Sreniffimi Ducis.
- Petri & Pauli Encomium*, MS. Græcè in Bibliotheca Heildebergensi Comitis Palatini.
- Petri & Pauli, SS. Apostolorum, Acta, &c.* quemadmodum Romæ sub Nerone Imperatore martyrium passi sunt, copiosè scripta, MSS. Græcè Messanæ in Sicilia, & Heildebergæ in Comitatu Palatino.
- Petrus Paludanus*, natione Burgundus, Ordinis Prædicatorum Theologus, & Patriarcha Hierosolymitanus, scripsit  
*Tractatum egregium de causa immediata Ecclesiastica potestatis*. MS. Patavij in Bibl. Ecclesiæ Cathedr.  
 Claruit anno Domini 1330. sub Ioanne XXII. Romano Pontifice.
- Petrus Rauennas*, scripsit  
*De potestate Papa & Imperatoris.*
- Petrus Rebuffus*, Mons-Pessulanus, Gallus, IC. edidit  
*Tractatum concordatorum, quæ inter S. D. N. Papam Leonem X. & sedem Apostolicam, ac Christianissimum D. N. Regem Franciscum I. & Regnum sunt edita, in duos tomos diuisum.* Quorum Prior concordatorum textum continet, cum quibusdam glossis. Alter nominationum quæstiones, & de pacificis possessoribus tractatum. Luduni anno 1580.  
 Claruit sub Gregorio XIII. Rom. Pont.
- Petrus Ribadeneira*, natione Hispanus, patriâ Toletanus, S. I. Theologus, edidit



*Sanctorum Romanorum Pontificum vitas*, in Flore Sanctorum.  
Vixit sub Paulo V. Romano Pontifice. Obiit Matrili anno 1611. ætatis 85. ex Petro Doutremant *in eius Elogio*.

*Petrus Richardus*, Canonicus Trecensis, ac Doctor Parisiensis, scripsit

*De martyrio & clauibus S. Petri Apostoli.*

Vixit anno Domini 1525. sub Clemente VII. Papa.

*Petrus Soto*, Hispanus, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit

*De Romano Pontifice*, in defensione suæ confessionis à c. 24. usque ad finem.

Claruit sub Iulio III. summo Pontifice.

*Petrus Thomas Saracenus*, Bononiensis, Italus, Ordinis Carmelitarum Theologus, & S. Inquisitionis Consultor, edidit

*S. Dionysij Papa Ordinis Carmelitarum vitam*, in Menologio Carmelitico Bononiæ 1625. in 4. edito Latinè.

Vidi Bononiæ senis anno 1640. sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Petrus Tyræus*, Nouesiensis, Germanus, Societatis Iesu Theologus, edidit

*De nouo & falso Antichristo librum*, in quo defenditur Romanus Pontifex.

*De potestate Ecclesiastica*. Moguntia anno 1586. in 4.

Obiit Herbipoli anno Domini 1601. die 3. Decembris, sub Clemente VIII. Pontifice Maximo.

*Petrus de Vineis*, Germanus, Friderici Imperatoris Cancellarius, scripsit

*De potestate Imperiali, aduersus potestatem Romani Pontificis, librum*. Prohibetur in Indice Romano.

*Petrus Victorius*, Italus, Cosmæ Ducis Florentiæ Orator Romanus, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Iulium III. Rom. Pont. nomine Cosmæ Ducis Florentiæ.*

*Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici edictum*, contra tractatum Cardinalis Baronij *de Monarchia Sicilia*. Extat apud Goldastum Calvinistam tom. 3. *Monarchia S. Romani Imperij*, à pag. 619. ad 621.

H h h

Obiit



Obiit anno Christi 1621. sub S. D. Paulo V. Pont. Max.  
*Philippus Cheurerius*, Ducis Sabaudiaë Orator Romanus, scripsit  
*Orationem, quam habuit Roma ad Innocentium VIII. Pontif-*  
*icem Maximum, nomine Ducis Sabaudiaë.*

*Philippus Decius*, Mediolanensis, IC. scripsit

*Consilium pro auctoritate Concilij Generalis supra Papam. Ex-*  
*tat apud Melchiorem Goldastum Caluinitam tom. 2. Mo-*  
*narchiaë.*

*Sermonem super eadem materia, pro iustificatione Concilij*  
*Pisani, contra Papam Iulium II. congregati. Extat ibidem apud*  
*eundem.*

Vixit sub Iulio II. summo Pontifice.

*Philippus Gallæus*, Harlemensis, Batauus, edidit

*Elogia & effigies 12. Cardinalium pietate, doctrinâ, rerumque*  
*gestis maximè illustrium, anno 1598.*

Viuebat sub Clemente VIII. Papa.

*Philippus Gibletus*, Cyprius, Collegij Romani Græcorum Alum-  
 nus, edidit

*In Columnam à Paulo V. Pontifice Maximo è veteri Pacis tem-*  
*plo in Exquilinum translata Carmina Græca & Latina. Ex-*  
*tant apud Abrahamum Bzouium in Pontifice Romano.*

Floruit Romæ sub Paulo V. Rom. Pont.

*Philippus Kersbeelius*, Gandauensis, Flander, Ordinis Carmelita-  
 rum Theologus, scripsit

*De potestate summi Pontificis librum 1.*

Moritur Parisiis anno Verbi Incarnati 1486. vel 1487.  
 sub Innocentio VIII. Pontifice Maximo: sepelitur apud Car-  
 meliras.

*Philippus Maynardus*, edidit

*De priuilegiis Ecclesiæ contra Venetos, vbi de Romano*  
*Pontifice.*

Claruit sub Paulo V. Pont. Max.

*Philotheus Achillinus*, Gallus, Caroli V. Francorum Regis Chri-  
 stianissimi Consiliarius, scripsit

*Somnium viridarj de iurisdictione Regia & sacerdotali. Ex-*  
*tat tom. 1. Monarchiaë Goldastinaë. Prohibetur in Indice Romano.*

Vixit anno Christi 1374. sub Gregorio XI. Papa.



- Pij II. Romani Pontificis Conclauē & Diaria MSS. Romæ in Bibliotheca Eminentissimi Principis Francisci Cardinalis Barberini.*
- Pij III. Romani Pontificis Conclauē & Diaria MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.*
- Pij IV. Romani Pontificis Conclauē, Diaria, & Breuia diuersa, MSS Romæ ibid.*
- Pij V. Romani Pontificis Conclauē & Diaria MSS. Romæ ibid.*
- Pogius Blandolinus, Florentinus, scripsit*  
*De Nicolai V. Romani Pontificis laudibus orationem. incipit,*  
*Vellem beatissime Pater, &c.*  
*De summi Pontificis auctoritate ac potestate librum.*  
*Vixit sub Nicolao Pont. Max.*
- Polycarpus de Hertoghe, Antuerpiensis, Ordinis Præmonstratensis, scripsit*  
*Tragædiam de vita & martyrio S. Cornelij Papa, ex Francisco Svvertio in Athenis Belgicis, v. P.*  
*Viuebat anno à natiuitate Christi 1627. sub S. D. N. Vrbanò VIII. Papa.*
- Pompeius Vgonius, Romanus, edidit Latinè*  
*Orationem funebrem Vrbanì VIII. Romani Pontificis. Romæ anno 1590. ex collectione Pauli Diani Typographi.*  
*Orationem funebrem Leonis XI. Pont. Max.*  
*Orationem ad Clementem VIII. Pont. Max. Romæ ann. 1592.*  
*Floruit sub Paulo V. Rom. Pont.*
- Pompeius Vizanus, Bononiensis, edidit*  
*Breuem narrationem de Clementis VIII. rebus in ciuitate Bononiensi peractis, in historia Bononiensi.*
- Pomponius Cotta, Mediolanensium Orator Romanus, scripsit*  
*Orationem, quam habuit Romæ ad Pium IV. Pontificem Maximum, nomine Mediolanensium.*
- Pontificum Maximorum 27. effigies, ad viuum typis æneis ex Rom. Prototypo expressæ, Philippi Galli artificio. Antuerpiæ 1572.*
- Pontificum Maximorum varia creationes, lib. 2. MSS. Patauij in Bibliotheca S. Mariæ de Auenno, ex Bibliothecis Patauinis manuscriptis publicis & priuatis, Iacobi Philippi Tomasini Episcopi ciuitatis nouæ.*



*Pontificum Romanorum* historiae MSS. Florentiae in Bibliotheca Medicæa.

*S. Prosper Aquitanicus*, Episcopus Regiensis in Prouincia, scripsit *De Romanis Pontificibus*, in Chronicis.

Vixit sub S. Leone Magno Papa.

*Protholomæus Lucensis*, Italus, Ordinis Prædicatorum, Episcopus Torcellanus, scripsit

*De Romanis Pontificibus à S. Petro vsque ad Cælestinum V.* in Chronico, quod asseruatur MS. Romæ in Bibliotheca Barberina. Prodiit Lugduni typis Iacobi Roussin.

Floruit sub S. Cælestino V. Pont. Max.

*Pyrrhus Ligorius*, Neapolitanus, Architector, scripsit

*Testimonium de præclara Pauli IV. Rom. Pont. beneficentia & liberalitate.* Coloniae Vbiorum anno 1612. in 4. ex Officina Ioannis Kinkij, cum aliis qui de Paulo IV. scripserunt.

Vixit sub Paulo I V. Summo Pontifice.

## Q.

**Q**VÆSTIO in Thomam VVatsonum, Episcopum Lincolnensem, aliosque nonnullos, *super articulis quibusdam de Bulla Papali*, quæ contra Reginam Elisabetham recens exierit. Extat tom. 3. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calvinistæ pag. 66. & 67.

*Quintinus Kennedius*, Scotus, Comitissæ Cassiliæ frater, ac Crucis Regalis Abbas, scripsit

*De Conciliorum auctoritate* lib. 1.

Obiit anno salutis 1564. die 22. Augusti, sub Pio V. Romano Pontifice.

## R.

**R**ABANVS MAVRVS, ex Abbate 5. Fuldensi, Ordinis S. Benedicti, Archiepiscopus 46. Moguntinus, scripsit

*De*



*De Gregorij IV. Pom. Pont. encomijs*, Epigramma, quod legitur ante opus metricum *de S. Cruce* Gregorio dicatum, cuius anno 1501. Industriâ Iacobi V Vimphelindij.

Obiit anno Domini 856. sub Benedicto III. Rom. Pont.  
*Radulphus Columna*, Romanus, Canonicus Carnotensis in Gallia, scripsit

*Tractatum de translatione Imperij*. Extat tom. 2. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 88. ad 95.

*Radulphus*, vel *Rodulphus*, aliis *Rudolphus Preslaus*, vulgò *de Presles*, natione Gallus, Consiliarius Regius, ac Magister libellorum supplicum Caroli V. Francorum Regis Christianissimi, scripsit

*Tractatum de potestate Pontificali & imperiali, seu Regia*, ad Carolum V. Regem Galliarum. Extat tom. 1. *Monarchia* Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 39. vsque ad 58.

Floruit anno Domini 1370. sub Urbano V. Pont. Max.  
*Raynerus Zenus*, Venetus, Eques S. Marci, Christianissimæ Republicæ Venetæ Orator Romanus, edidit

*Orationem obedientialem Romæ in aula Regum ad S. D. N. Urbanum VIII. Pont. Max. nomine Venetorum anno 1624. die 19. Decembris.*

*Raphaël Venostas*, vel *Venostus*, Nouocomensis, Italus, Canonicus Congregationis Lateranensis, Theologus, scripsit

*De potestate Summi Pontificis.*

Viuebat ann. Domini 1530. sub Clemente VII. Pont. Max.

*Raphaël Volaterranus*, Tuscus, edidit Latinè

*Vitas Sixti IV. Innocentij VIII. Alexandri VI. & Pij III. Maximorum Pontificum.* Venetiis anno 1518. in fol.

*De Romanis Pontificibus*, in Commentariis Vrbanicis.

Claruit tempore Pontificatus Leonis X. Papæ.

*S. Rathodus*, Germanus, Episcopus 14. Ultraiectinus, scripsit

*SS. Episcoporum, Martyrum, Doctorem, atque Rom. Pont. histor.*

Vixit anno Christi 917. sub Ioanne XII. Papa: sepultus est

Dauentriæ cum Epitaphio.

*Raymundus Peraldus*, Gallicè *Peraud*, Gallus, Xantonensis, Episcopus Agrigentinus, Legatus in Germania, deinde S. R. E. Presbyter Card. SS. Ioannis & Pauli, tit. Pammachij, scripsit



*De dignitate sacerdotali, super omnes Reges terra.*

*De Actis, seu Legationibus suis Lubeci & in Dacia libros.*

Decessit Viterbij anno Christi 1505. Nonis Septembris, sub Iulio I. Papa; sepultus in Ecclesia S. Trinitatis cum Epitaphio.

*Raymundus Ruffus*, Gallus I. C. edidit aduersus Carolum Molinæum I. C. Parisiensem auctorem damnatum,

*Summi Pontificis, Cardinalium, Episcoporum, totiusque Ordinis sacri defensionem.* Parisiis anno 1553. apud Poncetum le Preux.

Floruit sub Iulio III. Summo Pontifice.

*Regesta Pontificia* MSS. Romæ in Bibliotheca Vaticana.

*Reginaldus Polus*, Anglus, regio sanguine ortus, Archiepiscopus 67. Cantuariensis, Primas Angliæ & Concilij Regij Præses, S. R. E. Diaconus Cardinalis tit. SS. Nerei & Achillei, deinde Presbyter Cardinalis & Legatus, scripsit ad Henricum VIII. Angliæ Regem.

*De Summo Pontifice Christi Vicario in terris, eiusque officio, ac potestate librum singularem per modum Dialogi.* Louanij anno 1569. in 8. apud Ioannem Faulerum.

*De Baptismo Constantini Magni Imperatoris* lib. 1.

Obiit anno Christi 1552. 12. Kal. Decembr. aliis 1558. 16. Kal. Decembris, sub Iulio III. Papa; sepultus est in Ecclesia Cantuariensi, in Sacello S. Thomæ dicato.

*Regino*, Abbas Pruniensis, scripsit

*De Romanis Pontificibus*, in Chronico.

Claruit anno Domini 908. sub Sergio III. Romano Pontifice.

*Responsio* Doctoris Theologi *super Censuris, seu Excommunicatione Pauli V. Papæ*, contra Rempubicam Venetam, & super nullitate dictarum censurarum, seu excommunicationis. *Extrat tom. 3. Monarchiæ Goldastinæ, à pag. 368. ad 374.*

*Reuelatio* Consiliorum, quæ initio Synodi Tridentinæ, inter Pontificem, caterosque Principes & status Pontificios, contra veros & liberos orbis Christiani Reges, Principes, & Ordines sunt inita. Prohibetur in Decreto 16. Martij 1621.

*Richardus Vasseburgius*, Gallus, Archidiacon. Virdunensis, edidit  
Compen



*Compendium vitarum Romanorum Pontificum, Casarum, &c.*  
Parisiis anno 1549. apud Stephanum Giraud.

Claruit sub Paulo III. Romano Pontifice.

*Richardus Victorinus, seu de S. Victore, natione Scotus, Canonicus Regularis S. Victoris Parisiensis, Theologus, scripsit*

*De potestate Petri lib. I.*

Obiit anno Domini 1173. 6. Idus Martij sub Alexand. III.

Papa.

*Robertus Bellarminus, Politianus, Tuscus, ex Theologo S. I. celeberrimo S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ in Via, & Archiepiscopus Capuanus, edidit*

*De Romano Pontifice lib. 5. tom. I. Controuersiarum.*

Obiit Romæ anno Christi 1621. die 17. Septembris, sub Gregorio XV. Papæ; sepultus est in Ecclesia Patrum S. I. Domus professionis ad cornu Euangelij maioris altaris, cum Epitaphio marmoreo à nobis collecto.

*Robertus Cenalis, Gallus, Theologus Parisiensis, ex Thesauro S. Capellæ Parisiensis, Episcopus Venciensis, deinde 44. Ab-rincensis, edidit*

*De vtriusque gladij potestate. Parisiis anno 1557. apud Michaëlem Fezendat.*

Obiit Parisiis anno Domini 1560. die 27. April. sub Pio IV. Papa; sepultus est apud S. Paulum cum effigie marmorea nigra cum Epitaphio.

*Robertus Finynghamus, Anglus, Ordinis Minorum Theologus, scripsit*

*De casibus Summo Pontifici reseruatis lib. I.*

*Robertus, Francorum Rex Christianissimus, composuit*

*Responsorium de S. Petro Apostolo, incipit, Cornelius Cenzurio, &c. quo S. R. E. vtitur.*

Obiit Meloduni anno Christi 1032. die 20. Iulij, sub Ioanne XX. Rom. Pont. sepelitur postea apud S. Dionysium prope Parisios.

*Robertus Grosstead, vel Grossa-testa, vel Capito, Anglus, Doctor Oxoniensis, Episcopus Lincolnensis, scripsit*

*De potestate pastoralis lib. I. Extat MS. Oxoniæ in Bibliotheca publica.*

*Positionem*



*Positionem coram Papa*, MS. ibid.

Obiit anno post Christi natiuitatem 1253. 7. Idus Octobris, sub Innocentio I V. Pontifice Maximo.

*Robertus Gribé*, aliàs *de Vitré*, Brito, Abbas S. Melanij Rhedonensis, postea Episcopus 115. Trecorensis, 60. Rhedonensis, & 79. Nannerensis, Ludouici XII. Francorum Regis ad summum Pontificem Legatus, postremò S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasiæ, scripsit

*Orationem ad Innocentium VIII. Rom. Pont. habitam, cum Francisci ultimi Britannia Ducis nomine, eidem Pontifici obedientiam exhiberet.*

Obiit Romæ anno Christi 1513. die 5. Idus Nouembris, sub Leone X. Rom. Pont. sepultus est in Ecclesia S. Yuonis Britonum.

*Robertus Monachus*, Celestinus, ac S. Petri Celestini discipulus, scripsit

*De rebus gestis S. Petri Celestini V. Papæ.* Extat MS. apud eruditissimum Gabrielem Naudæum.

Vixit sub S. Celestino V. Pont. Max.

*Robertus Monachus*, Celestinus alter, S. Petri Celestini discipulus, scripsit

*De rebus gestis Celestini V. Papæ,* MS. apud eundem.

*Robertus Politianus*, Nobilis Italus, Iulij III. Rom. Pont. ex forore pronepos, ac S. R. E. Diaconus Cardinalis tit. S. Mariæ in Cosmedin, scripsit

*Orationem, quam habuit ad Iulium III. Propatrum,* anno ætatis suæ 13.

Obiit Romæ anno post Christum natum 1559. die 16. Kalendaras Februarij, sub Paulo I V. Papa; anno ætatis 17. m. 4. d. 11. hora 16. in ædibus Cardinalis S. Floræ; sepultus est ad S. Petrum ad Montem Aureum, ad dexteram principis Aræ partem, in sepulchro marmoreo cum Epitaphio.

*Robertus Southwellus*, Anglus, scripsit

*Querimoniam S. Petri,* carmine.

*Robertus Staffordius*, Anglus, edidit

*In Columnam à Paulo V. Pontifice Maximo è veteri Pacis templo in Exquilinum translata, Carmina Latina,* quæ habentur apud



apud Abrahamum Bzouium *in Pontifice Romano.*

Floruit Romæ sub Paulo V. Papa.

*Robertus Titius*, Burgenfis, edidit Latine

*In Clementem VIII. Pont. Max. orationem & Carmen.* Bononiæ apud hæredes Ioannis Roslij 1598. in 4.

Claruit sub Clemente VIII. Papa.

*Rodericus Garuaial*, Hispanus, Patriarcha Hierosolymitanus, edidit

*Comitium electionis Hadriani VI. Rom. Pont. anno 1523.*

Claruit sub Hadriano VI. Papa.

*Rodericus de S. Ella*, scripsit

*Orationem, quam habuit ad Sixtum IV. Romanum Pontificem.*

*Rodericus* Episcopus Nouotensis, scripsit

*De potestate Papæ & Cardinalium tractatum.* incipit, *Archiepiscopo*, &c. Extat M. S. Patauij in Bibliotheca Ecclesiæ Cathedralis.

*Rodericus* Episcopus Zamorensis, Hispanus, scripsit

*De Papæ & Concilij auctoritate, seu Defensorium fidei Ecclesiastica.* Extat M. S. Patauij in Museo Benedicti Saluatici Medici.

Vixit anno Domini 1467. sub Paulo II. Pont. Max.

*Rodericus Sancius de Azeculo*, Hispanus, Apostolicus Referendarius, & Episcopus Ouatenfis, deinde Palentinus, postremò Calagurritanus, & S. D. N. Pauli II. in Castro S. Angeli de Vrbe Præfectus, scripsit

*Tractatum de appellatione à sententia Romani Pontificis non informati, ad se ipsum bene informandum.* In quo disputatur quæstio pro vtraque parte, & tandem adducitur veritas, quæ pluribus testimoniis Iuris Diuini & humani roboratur: declaratur etiam, quotuplex sit superioritas, & quæ sit illa, quæ requiritur in appellatione ad Paulum II. Pont. Max. incipit, *Ad Romanos scripsit beatissimus Paulus, moderna tempora designans*, &c. Extat M. S. Patauij in Bibliotheca Canoniorum Lateranensium S. Ioannis in Viridario pluteo 7.

*Libellum de remedijs afflictæ Ecclesiæ militantis aduersus extrinsecas Turcarum persecutiones, pressuras & angustias; & an Generalis Synodus pro hoc tempore sit expediens, ac sufficiens*

Iii

remedium



remedium ad eas extirpandas. Demum ostenditur quando & quomodo, & ex quibus causis Generalia Concilia congregari debent. Rursus deducitur, Romanum Pontificem habere in terris supremam auctoritatem, foreque summum & ordinarium tribunal, ad levanda quævis mala & incommoda ab Ecclesia Dei, ad Bessarionem S. R. E. Cardinalem Episcopum Sabinensem & Patriarcham Constantinopolitanum. incipit, *Cunctorum sapientum illa semper verissima fuit sententia, quam ad pauca respicientes, &c.* MS. Patauij apud eosdem Canonicos.

Claruit sub Paulo II. summo Pontifice.

Rodolphus Agricola, Gruningensis, Frisius, edidit

*Orationem dictam Innocentio VIII. Romano Pontifici anno Domini 1485.*

Rodolphus Boterus, Gallus, in magno Franciæ Consistorio Aduocatus, edidit

*Vrbani VIII. Romani Pontificis Echo, & Francisci Barberini S. R. E. Cardinalis & Principis ad Ludovicum XIII. Galliarum & Nauarra Regem Christianissimum Pontificiam legationem. Extat tom. 3. Annalium dicti Boteri. Parisiis apud Ioannem Bessin prope Collegium Rhemense anno 1625. in 8.*

Vixit sub S. D. N. Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

Rodolphus Tracanthus, scripsit

*De gestis Iulij II. Papa.*

Rogerus Vidringtonus, Anglus, edidit

*Apologiam Cardinalis Bellarmini pro iure Principum, aduersus suas ipsius rationes pro auctoritate Papali Principes seculares in ordine ad bonum spirituale deponendi. Extat tom. 3. Monarchia prohibita Melchioris Goldasti Caluinistæ à pagin. 688. ad 762.*

Floruit sub Paulo V. Papa.

Romualdus, Archiepiscopus Salernitanus, scripsit

*De Alexandro III. Papa, in Chronico.*

Remulus Amaseus scripsit

*Orationem, quam habuit in funere Pauli III. Romani Pontificis.*

Vixit sub Pontificatu Iulij III. Papæ.

Rostangus, Monachus Cluniacensis, scripsit

*Exceptiones*



*Exceptiones capituli S. Clementis Papa & Martyris, ab Constantinopoli in Cluniacum translatae, tempore Hugonis Abbatis 16. Cluniacensis tractatum, MS. Cluniaci. Extat etiam in Bibliotheca Cluniacensi ab Andrea Duchesnio edita à pagina 1481. ad 1488.*

*De translatione capituli S. Clementis Papa & Martyris Hymnum. ibidem.*

*Ruardus Tapperus, Enchusianus, Barauus, Doctor ac Cancellarius Vniuersitatis Louaniensis, edidit*

*Orationem aduersus Philippum Melanchtonem in Apologia confessionis Augustanae, de Iudice controuersiarum in Ecclesia, quod ad Romanum Pontificem quaestiones fidei semper relatae fuerunt definienda.*

*Orationem alteram de necessaria Ecclesia Christi vetustate, ac quod unum Petrum Christus sua praefecit Ecclesiae Vicarium.*

*Obiit Bruxellae anno Domini 1559. die 2. Martij, aetatis suae 71. sub Paulo IV. Romano Pontifice, corpus Louanium delatum, conditumque in Basilica D. Petri cum Epitaphio à Francisco Svervio in Athenis Belgicis relato.*

*Rutilius Benzonius, Romanus, Theologus, Episcopus Lauretanus ac Recanatensis, edidit*


*De iurisdictione summi Pontificis librum.*

*Vixit sub S.D. Paulo V. Pont. Opt. Max.*

*Rutilius Zeno, Episcopus S. Marci, Ferdinandi Regis Itali Orator Romanus, scripsit*

*Orationem, quam habuit Romae ad Alexandrum VI. summum Pontificem, nomine dicti Ferdinandi.*

## S.

 **ACRI COLLEGII, S.R.E. Cardinalium liber, in quo obligationes Episcoporum de soluendis communibus seruitiis describuntur, MS. Romae in Vaticano.**

*Sacri Concilij Pisani Apologia pro Ecclesiae Catholicae auctoritate, contra edicta Papalia. Extat tom. 3. Monarchiae Melchioris Goldasti Calvinista à pag. 1654. vsque ad 1666.*

Iii 2

Eiusdem.



- Eiusdem *epistola ad Imperatorem Sigismundum pro auctoritate Ecclesia & Concilij Generalis*, ibid.
- Sacri Concilij Turonensis Decreta contra plenitudinem Papalis potestatis in temporalibus*, ibid. De his Conciliis consule Seuerinum Binium.
- Scipio Burghesius*, Romanus, Pauli V. Papæ nepos, edidit  
*De Cardinalibus à S. D. N. Paulo V. creatis, & eorum, ac Episcoporum ab eo institutorum præstantia*, Carmina.  
 Vixit sub Paulo V. Pont. Max.
- Scipio Dupleix*, Vasco, Consiliarius Burdegalensis, & Regius Historiographus, edidit  
*De rebus gestis Romanorum Pontificum*, in historia Francica 5. tomis in fol. distincta.  
 Vixit, & forsan viuit sub Pontificatu S. D. N. Papæ Urbani VIII.
- Scriptum ad commouendum super se misericordiam S. Petri Apostoli*. Extat MS. Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegij S. Benedicti vol. 338. num. 17.
- Sebastianus Baduarius*, Eques & Senator Venetus, Orator Romanus, scripsit  
*Orationem habitam Romæ ad Alexandrum VI. Pont. Max. nomine Reipublicæ Venetæ.*
- Sebastianus Casar*, Theologus, edidit  
*De Romano Pontifice*, in Hierarchia Ecclesiastica.
- Senatus Brauonius*, Anglus, Abbas VVigornix Ordinis S. Benedicti, scripsit  
*De Pally Pontificij ratione librum.*  
 Obiit VVigornix circa annum Domini 1170. sub Alexandro III. Rom. Pont.
- Seraphinus Ecclesianus*, Italus, edidit  
*In insigne Iulij III. Romani Pontificis*, Carmen. Mediolani apud Francisetm Marchesinum.  
 Vixit sub Iulio III. Rom. Pont.
- Seraphinus Gerardus*, Brixienfis, Italus, Congregationis S. Saluatoris Theologus, edidit  
*Ad Sixtum V. Pontificem Maximum*, ἁερῆριον λόγον. Romæ 1589. in 4.

Orationes,



*Orationes, quas coram Sixto V. & Gregorio XIV. habuit.*

Vixit anno Christi 1590. sub Gregorio XIV. Papa.

*Seraphinus Razzius*, Florentinus, Ordinis Prædicatorum, edidit

*De Benedicto XI. Innocentio V. & Pio V. Romanis Pontificibus Ordinis Prædicatorum*, in Chronico sui Ordinis.

Floruit anno Domini 1511. sub Paulo V. Papa.

*Seuerinus Binus*, Germanus, Canonicus Colonienfis, Theologus, edidit

*Vitas Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Paulum V.* Extant tomis Conciliorum Coloniae & Parisiis 1636. typis Caroli Morelli editis.

Vixit sub Paulo V. summo Pontifice.

*Sibegnius* Episcopus Modrusiensis, edidit

*Orationem de Croatia desolatione ad Leonem X. Pont. Max.*

Parisiis anno 1516. in 4.

*Sicardus* Cremonensis, Episcopus, natione Italus, scripsit

*Romanorum Pontificum historiam.*

Claruit sub Pio V. Pont. Max.

*Sigebertus*, Gallus, Monachus Gemblacensis, Ordinis S. Benedicti, diœcesis Namurenfis, scripsit ad Episcopum Merensem

*Contra Gregorij VII. Pont. Max. epistolam.* Prohibetur in *Indice Romano.*

*Contra Paschalis II. Pont. Max. epistolam.* Prohibetur.

*De Romanis Pontificibus*, in Chronologia, quam continuauit Robertus de Monte vsque ad annum 1210.

*Romanorum Pontificum vitas.* Extant MSS. Pisauri in Bibliotheca Ducali.

Obiit Gemblaci anno salutis 1112. 3. Nonas Octobris, sub Paschali II. Papa: sepultus fuit in Cœmeterio monasterij.

*Sigismundi* Archiducis Austriae, *Processus contra Papam Pium II.*

Extat tom. 2. *Monarchiae* Melchioris Goldasti Caluinistæ à pagina. 1576. ad 1591. Prohibetur ex Decreto *de correctione librorum*, §. 11. quod hîc affero, cum mens nostra sit in omnibus sequi, in hoc secundo libro, regulas confectas per Patres à

Tridentina Synodo delectos, circa auctores prohibitos. Decretum igitur tale est,

...



*Expungenda sunt etiam propositiones, quæ sunt contra libertatem, immunitatem & iurisdictionem Ecclesiasticam.*

*Sigismundi Seld Consilium pro Imperatore Ferdinando, in causa quadam contra Pontificem agitata. Extat MS. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ in Austria.*

*S. Simeon Metaphrastes, Græcus, scripsit*

*SS. Petri Apostoli, Clementis I. & aliorum Romanorum Pontificum vitas.*

*Vixit anno Domini 850. sub Leone IV. Pont. Max.*

*Sixti IV. Romani Pontificis Diaria diuersa MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.*

*Sixti V. Romani Pontificis Conclauæ & Diaria MSS. ibidem.*

*S. Sophronius, Græcus, Patriarcha Hierosolymitanus, scripsit*

*De laboribus, certaminibus, & peregrinationibus SS. Apostolorum Petri & Pauli fragmentum. Extat tom. 1. Biblioth. Patrum, & tom. 2. edit. 2. Incautè tamen sub nomine Sophronij Constantinopolitani.*

*Obiit anno Domini 636. sub Honorio I. Rom. Pont.*

*Stanislaus Minslei, Palatinus Lamiciensis, regni Poloniæ Senator Sigismundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis Orator Romanus, scripsit*

*Orationem habitam Romæ ad Clementem VIII. Summum Pontificem, nomine Sigismundi Regis.*

*Stanislaus Orichouius, Ruthenus, edidit ad Iacobum Vchanicum Cuiavia Episcopus*

*De maiestate Sedis Apostolicæ lib. 1.*

*De Ecclesia Christi aduersus Martinum Lutherum Hærefiarcham.*

*De Notis Ecclesiæ Orationes.*

*Floruit sub Pio IV. Romano Pontifice.*

*Stanislaus Osius, vel Hofsus, Polonus, V. I. Doctor, Episcopus Culmenfis, deinde Varmiensis, postremò S. R. E. Presbyter Cardinalis, Concilij Tridentini Legatus, & Maior Pœnitentiarius, edidit*

*Epistolam ad Stanislaum Orechouium de loco & auctoritate Summi Pontificis. Præfixa verò est Orechouij Epistola, cui respondet. Colonia anno 1567. in 8.*

Obiit



Obiit Capranicæ anno Christi 1579. die 5. Augusti, hora nona, ætatis suæ 70. sub Gregorio XIII. Papa: corpus postea Romam delatum, conditum fuit in Ecclesia S. Mariæ trans Tyberim, cum Epitaphio.

*S. Stephani I. Papæ Passio*, incipit, *Temporibus Valeriani & Galieni*, &c. Extat MS. Romæ in Bibliotheca Barberina in *Sanctuario signato 925. fol. 225. verso.* 4. Nonas Augusti; item in *Menologio Græcorum*, 3. Augusti, & 7. Septembris.

*Stephanus Aufreerius Tolosanus IC.* scripsit

*De Primatu Papæ & maiestate Imperatoris.*

*Stephanus Binetus*, Diuionensis, Burgundus, S. I. Theologus, Prouinciæ Lugdunensis Prouincialis, ac Confessor Regis Christianissimi, edidit Gallicè

*Cælestini V. & Pauli IV. Romanorum Pontificum Elogia.* Extant *lib. de vitis principalium Fundatorum Ordinum Ecclesiæ.* Antuerpiæ 1634. & Parisiis 1636. edito.

Obiit Parisiis anno Domini 1639. sub Urbano VIII. Pont. Opt. Max.

*Stephanus Bubalus* de Cancellariis, Romanus, Societatis Iesu, Apost. supremæ Pœnitentiariæ Theologus, edidit

*Electiōnem S. D. N. Urbani VIII.* Heroico carmine.

Viuebat Romæ anno Christi 1633. sub Urbano VIII.

Papa.

*Stephanus*, Episcopus Vintoniensis, Anglus, scripsit

*Orationem de vera obedientia*, in qua tractatur, *Romano Pontifici nullum esse in alias Ecclesiis imperium, nullamque iurisdictionem.* Extat tom. 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Calvinistæ. Prohibetur.

Claruit anno Christi 1536. sub Paulo III. Papa.

*Stephanus Herrandus*, Germanus, Episcopus Halberstatensis, scripsit aduersus Vultratum Episcopum Niemburgensem

*Defensorium Hildebrandi. seu Gregorij VII. Papæ.*

Viuebat anno Christi 1107. sub Paschali II. Summo Pontifice.

*Stephanus Inseffurn* scripsit

*Diaria Alexandri V. Rom. Pont.* Extant MSS. in Bibliotheca Barberina, necnon in Vaticana.

*Stephanus*



*Stephanus Ioanninensis*, IC. Senensis, Tuscus, scripsit

*Leonis X. Romani Pontificis gesta*, in Monarchia Medicea.

*Stephanus Simoninus*, vulgò *Simonin*, Sequanus, edidit carmine  
*Sylvas Vrbanianas*, seu *gesta Urbani VIII. Pont. Opt. Max.*  
Antuerpiæ anno 1637. in 4. ex Officina Plantiniana Baltha-  
faris Moreti.

Viuebat Romæ anno salutis 1640. sub Urbano VIII. Papa.

*Stephanus Tegliatus*, Archiepiscopus Patracensis, scripsit

*Orationem, quam habuit ad Innocentium VIII. Papam.*

*Stephanus Tuccius*, Siculus, S. I. Theologus, edidit Latinè

*Orationem funebrem Gregorij XIII. Pont. Max.* Romæ an-  
no 1588. in 8. & Duaci 1592.

Claruit sub Sixto V. Rom. Pont.

*Syluestri I. Papæ & Iudæorum disputatio*, olim Romæ habita co-  
ram Imperatore Constantino *cum præfatione* Georgij V Vice-  
lij. Moguntia ad D. Victorem excudebat Franciscus Behem  
anno 1554. in 4.

*Syluester Petra Sancta*, Romanus, S. I. Theologus, edidit

*Notas in epistolam Petri Molinae hæretici ad Balzacum, cum  
responsione ad hereses, errores & calumnias eius, ac vindicijs ur-  
bis Romæ, & Pontificis Romani.* Antuerpiæ typis Plantinjanis  
in 8. Latinè.

Viuit Romæ hoc anno salutis 1642. sub Urbano VIII.  
Pont. Max.

*Syluester Prieras*, Pedemontanus, Ordinis Prædicatorum Theo-  
logus, & sacri Palatii Magister, scripsit

*De Romano Pontifice & Ecclesia contra Lutherum.*

*De Cardinalatu*, in summa.

Obiit Rhedonis in Britannia Minori anno 1520. die 20.  
Octobris, sub Leone X. Romano Pontifice; sepultus apud  
Dominicanos.

*Syluius Antonianus*, Romanus, V. I. Doctor Ferrariensis, S. Ca-  
roli Borromæi Secretarius, supplicum libellorum Grego-  
rij XI V. Papæ Magister, Ecclesiæ Vaticanæ Canonicus, &  
Abbatia S. Mariæ Montis viridis administrator, deinde S. R. E.  
Presbyter Cardinalis tit. S. Saluatoris in Lauro, scripsit

*De Primatu S. Petri*, Homilias plures,

De



*De Successione Apostolica.*

*Responsionem ad Oratores Alexandrinos, nomine Clementis VIII. Papa.*

*De conscribenda Pontificali historia, seu de stylo Ecclesiastico.*

Obiit Romæ anno Christi 1604. die 16. Augusti, sub Clemente VIII. Papa: sepultus est in Ecclesia S. Mariæ de Vallicella cum Epitaphio.

*Symphorianus Champerius*, Lugdunensis, Gallus, Medicus, edidit

*De summis Galliarum Pontificibus*, qui tum in Italia, tum in Gallia resederunt, librum. Extat ad calcem libri, *de quadruplici vita*. Lugduni anno 1507. in fol. editi.

Viuebat anno Domini 1534. sub Paulo III. Romano Pontifice.

## T.

**T**ELSPHORVS, Eremita, scripsit *Prophetiarum* librum, in quo agitur *de Romanis Pontificibus*. Extat MS. Lugduni in Bibliotheca Collegij SS. Trinitatis Patrum Societatis Iesu, ubi vidi cum figuris manu exaratis. Extare etiam dicitur Venetiis ex Arnolde VVione, & Antonio Posseuino. Noster Cassanatus in *Paradiso Carmeliticæ Decoris*, perperam tribuit hoc opus S. Telesphoro Papæ, ut iam annotauimus *lib. 1.* in Telesphoro.

Vixit anno Domini 1386. sub Urbano VI. Pont. Max.

*Tertullianus* scripsit

*De S. Petro & Simone Mago*, in Apologetico *cap. 13.*

Vixit anno Domini 203. sub S. Zepherino Pontifice Romano.

*Theobaldus Stampensis*, Normannus, Theologus, S.R.E. Cardinalis à Nicolao IV. creatus, scripsit ad Robertum Episcopum Lincolniensem.

*Aduersus quosdam*, qui sua etate contra Ecclesie clauis à Christo Domino datas Petro, & eius successoribus, temere conuersionabantur.

Kkk

Obiit



Obiit anno salutis 1289. sub Nicolao IV. Rom. Pont.  
*Theodoricus Niemus*, vel à *Niem*, Germanus, Episcopus Verden-  
 sis, scripsit

*Exhortationem ad Dominum Rupertum Regem Romano-  
 rum, vt surgat à diuturno somno, quodque vt extirpetur  
 schisma Pontificium ab Ecclesia, & iura Imperij reformatur,*  
 intendat. Extat tom. 2. *Monarchiæ Melchioris Goldasti*, Au-  
 ctoris prohibiti, à pag. 1381. ad 1384.

*De rebus gestis Ioannis XXIII. Rom. Pont.* librum. Francofurti  
 anno 1620. in fol.

*De schismatibus*, libros 3. quæ per 39. annos, videlicet ab an-  
 no 1379. vsque ad Concilium Constantiense durauerunt in-  
 ter Vrbanum VI. Papam & Clementem VII. Antipapam, eo-  
 rumque successores. Norimbergæ anno 1532. in fol. apud  
 Ioannem Petreium. Prohibentur in *Indice Romano*.

Vixit sub Bonifacio IX. summo Pontifice.

*Theodoricus de Vallis-color*, vulgò *de Vaux-couleur*, Gallus, scripsit  
 carmine

*Vrbani IV. Romani Pontificis vitam.* Extat M.S. Trevis in  
 Campania in *Archiuis Ecclesiæ S. Urbani*, vt testantur An-  
 dreas Duchesnius in *vita Urbani IV.* & Petrus Frizonus in  
*Gallia Purpurata*.

*Theodoritus* scripsit

*De S. Petro & Simone Mago*, lib. 1. hæret. fabularum, in *Si-  
 mone Mago*.

*Theodorus Amydenus*, scripsit

*Panegyricum ad S. D. N. Vrbanum VIII. de felici eius ad suum  
 Pontificatum assumptione.* Lugduni anno 1625. in 8. apud An-  
 tonium Trauersarium.

Claruit anno Domini 1631. Romæ sub S. D. N. Vrba-  
 no VIII. Papa.

*Theodorus Balsamo*, Græcus, Patriarcha Antiochenus, edidit

*Edictum Constantini Imperatoris de donatione*, in Nomoca-  
 none legitur, sed malo dolore relatum.

Floruit anno Christi 1191. sub Celestino III. Papa.

*Theodorus Gramineus*, Ruræmundanus, Flander, edidit vulgari  
 sermone

*Prodromus*



*Prodromum Antichristi, hoc est, Hereticorum nostri temporis, in quo defenditur Romanus Pontifex. Coloniae anno 1578. in 4. apud Ludouicum Alectorium.*

*Exhortationem de exequenda Calendarij correctione, quam Gregorius XIII. Papa edi, promulgari, & per Italiam ceterasque orbis Christiani partes anno 1582. obseruari mandauit. Prodiit 1583. in 4.*

Vixit sub Gregorio XIII. Rom. Pont.

*Theodorus Lelius, Italus, Episcopus Taruisinus, Referendarius Apostolicus, ac S.R.E. Cardinalis designatus à Paulo II. Papa anno 1464. scripsit*

*Gratulationem pro Pio II. Rom. Pont. ad Venetiarum Ducem. Extabat MS. in Bibliotheca Guilielmi Cardinalis Sirleti*

*Orationem ad Regem Francorum pro Pio II. Rom. Pont. de defensione iustitiae Inuestiturae Regni Sicilia. MS. ibid.*

*Replica Theodori Lelij Episcopi Feltrensis, pro Pio II. Papa, & sede Romana, ad scriptum Gregorij Heimburgi, habetur tom. 2. Monarchiae Melchioris Goldasti Calvinistae à pag. 1595. vsque ad 1604.*

Obiit Romae anno Christi 1464. ante adeptionem Pilei Cardinalitij, sub Paulo II. Papa; sepultus est in Ecclesia sanctae Mariae nouae, vbi ad eius sepulchrum Epitaphium soluta oratione conscriptum visitur; in quo nulla de Cardinalatu ipsius extat mentio.

*Theodorus Petreus, Campensis, Belga, Ordinis Carthusianorum, scripsit*

*Chronologiam summorum Pontificum & Imperatorum. Coloniae apud Petrum à Brachel 1626. & 1628. in 4.*

Vixit sub Paulo V. Romano Pontifice.

*Theodotus, Ancyrae in Galatia Episcopus, scripsit*

*De Claudio à SS. Petro & Ioanne sanato in Act. 3. Homiliam.*

Claruit anno Christi 430. sub S. Celestino I. Romano Pontifice.

*Theologi scholastici in libros sententiarum.*

*Theophilus Raynaudus, Sabaudus, Societatis Iesu Presbyter, & sacrae Theologiae Professor olim in Collegio Lugdunensi Sanctissimae Trinitatis, scripsit opus, cui titulus est,*



*Corona aurea super mitram*, expressa signis sanctitatis, gloria honoris. Collectio illustrata titularum selectorum, quibus Concilia & Patres omnium retrò Christianorum seculorum, maiestatem Romani Pontificis, & luculentissimum Sedis Apostolica splendorem, compendio expresserunt: Reposita Poppæ Genuensi, qui Christi Vicarium infatui Antichristi nomine debonestarat. Extat MS. apud eruditissimum Auctorem, vt habeo ex eius epistola, ad nos Lugdunum transmissa, die 4. Ianuarij, anno 1643.

Viuit Auenione hoc anno Verbi Incarnati 1643. sub Pontificatu sanctissimi Domini nostri Papæ Urbani VIII.

*Theophorus* scripsit

Tractatum prænotatum. *Qualis fuerit status Ecclesia in veteri & nouo Testamento: & qualiter Ecclesia fuerit erecta temporibus predictis, & quot schismata, & quot intrusiones fuerunt in Ecclesia Romana: & qualiter in schismatibus præteritis fuerit actum secundum veras Chronicas.* Extat tom. 2. *Monarchie Melchioris Goldasti Calvinistæ*, pag. 1424. & 1425. qui tribuit hunc tractatum Ioanni Gersoni.

*Thomas Abbas*, Dundramensis, Scotus, interfuit Concilio Constantiensi, scripsit

*De schismate deponendo* librum 1.

*De Pontifice eligendo* librum 1.

*Acta Concilij Constantiensis.*

Viuebat anno Domini 1439. sub Eugenio IV. Papa.

*S. Thomas Aquinas*, Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum, Doctor Sorbonicus Angelicus, scripsit

*De Romano Pontifice*, in opusculo 1. contra errores Græcorum, & libro 4. *contra Gentes* cap. 76. & in summa Theologica.

Obiit in Monasterio Fossæ-Nouæ Ordinis Cisterciensis, diœcesis Ferracinensis in Latio anno Domini 1274. die 7. Martij, corpus postea Tolosam fuit delatum, vbi magna cum veneratione colitur.

*Thomas Aquinas à S. Ioseph*, Claro-Monferrandus, Arueranus Carmelita Excalceatus, Theologus, scripsit

*Vitas Calixti II. & Stephani X. Romanorum Pontificum*, in Monarchia



Monarchia Francorum sancta, siue Fastis Regiis.

Viuit hoc anno 1642. sub S.D.N. Urbano VIII. Papa.

*Thomas Beauzamis*, Parisiensis, Carmelita Mediolanensis, Doctor Sorbonicus, Prædicator Regius, ac sancti Pauli Parisiensis Curatus, postea Prior Commendatarius Villæ Petrofæ Ordinis S. Benedicti prope Parisios, edidit Gallicè

*Aduersus hæreticos pro Papa, & alijs Ecclesiæ Prælati librum.* Parisiis apud Guilielmum Chaudiere.

Obiit Parisiis anno Domini 1589. Calendis Maij, sub Sixto V. Pontifice Maximo. Iacet apud Carmelitas Maubertinos.

*Thomas Bonus*, Lucensis, Italus, Presbyter, edidit Latinè

*De S. Apostolo Petro orationem.*

Claruit sub Clemente VIII. Pontifice Optimo Maximo.

*Thomas Bozius*, Eugubinus, Italus, Presbyter Congregationis Oratorij de Vrbe Theologus, edidit

*De Romano Pontifice*, libro de signis Ecclesiæ Romæ apud Iacobum Tornerium anno 1591. in fol.

Vixit sub Clemente VIII. Pont. Opt. Max.

*Thomas Campanella*, Calaber, Stylensis, Ordinis Prædicatorum, edidit *ex Syntagmate de libris proprijs*, à Cl. V. Gabriele Nau-dæo Parisiis 1642. edito.

*De regimine Ecclesiæ*, ad Pontificem, quibus modis, non obnoxiiis Principum contradictionibus, ex toto mundo, Pontifex Maximus solis armis Ecclesiasticis potest efficere vnum ouile, sub vno Pastore.

*Opusculum, de eligendo summo Pontifice semper Optimo.* Extrabat M S. apud Cardinales Burghesium & Ludouisium.

*Librum de Monarchia sapientiæ aeternæ in humano corpore assumpto, ubi de iuribus Pontificis, & Principum in temporalibus & spiritualibus, &c.* Prodiit anno 1630.

*Libellum pro Papa iuxta Canones, & Politicam optimam.*

*Apologeticum ad Paulum V. pro regimine Ecclesiæ.*

*Opusculum de titulis*, ad Virginium Vrsinum, cum præsciret velle Urbanum VIII. titulum nouum Cardinalis asserere.



*Opusculum de assistentia DD. Cardinalium in Curia, & de non residentia in Episcopatibus, nisi ubi occurrantur Roma, per Canones, Theologiam, & Politicam.*

*Opusculum Latinum, quod libertas sub Papatu maior est, quàm sub quocumque alio Principatu, aut Republica. MS. apud Gabrielem Naudæum.*

*Commentariorum volumen super Poëmatibus Urbani VIII. continens expositiones Grammaticas, & Philosophicas, utilissimas sanè Poëtis, oratoribus, Physiologis, Politicis, Prædicatoribus, Theologis, Mathematicis, & mores bonos curantibus, ad scientiarum instaurationem.*

*Obiit Parisiis anno Christi 1639. sub S.D.N. Urbano VIII. Papa.*

*Thomas Campegius, Bononiensis, Episcopus Feltrensis, scripsit De summi Pontificis auctoritate tractatum, extat inter tractatus iuris Venetiis editos.*

*Thomas ex Capitaneis, Dominicanus, Regis Francorum Orator Romanus, scripsit*

*Orationem, quam habuit Roma anno salutis 1483. ad Sixtum I V. Rom. Pont. nomine Regis Francorum, ex Abrahamo Bzouio Dominicano in Pontifice Romano.*

*Thomas Corraea edidit*

*Orationem, quam habuit Roma anno 1585. 4. Calend. Augusti ad Sixtum V. nomine Francisci de Astorch Sagreuille Oratoris Magni Magistri familie Hospitalis S. Ioannis Baptista.*

*Thomas Costeus, siue à Costa, Neapolitanus, edidit Italicè*

*Compendium vitarum Romanorum Pontificum cum Iconibus, à S. Petro, vsque ad Clementem VIII. Venetiis apud Bernardum Basam & Barrezzum Barrezzi anno 1592. in 8.*

*Vixit sub Clemente VIII. Pont. Opt. Max.*

*Thomas Courtaeus, Anglus, edidit*

*In Columnam à Paulo V. Pont. Max. è veteri Pacis templo in Exquilinum translata, carmina. Extant apud Bzouium in Pontifice Romano.*

*Floruit sub Paulo V. Opt. Max.*

*Thomas Dempsterus, Scotus, IC. Baro de Muresck, Eques Auranus consultavit*

*Fabulam*



*Fabulam Ioanna Papiffæ lib. 4. Hetrur. Regal. cap. 11.*

Vixit Bononiæ in Italia sub S. D. N. Urbano VIII. Papa.

*Thomas Diplouatius, seu Diplouatarius, Italus, scripsit*

*Innocentij IV. Rom. Pont. vitam.*

*Thomas Guichardus, Equitum Rhodiorum Orator Romanus, scripsit*

*Orationem habitam Rome ad Clementem VII. Papam, nomine Rhodiorum.*

*Thomas Illirycus, aliis Elysius, Oximanus, Picens, Ordinis Minorum Theologus, scripsit*

*De potestate Papa, in Clypeo Ecclesiæ, in Indice Romano prohibito, tamen expurgando.*

*De donatione Constantini facta S. Syluestro Pontifici, ibidem.*

*Conclusiones circa electionem Summi Pontificis.*

*Modum se habendi tempore schismatis.*

Claruit anno Domini 1524. sub Clemente VII. Pontifice Maximo.

*Thomas Netterus, vulgò VValdensis, à patria sic denominatus, natione Anglus, Carmelita, Doctor Theologus, Prouinciæ Angliæ Prior Prouincialis, Regum Confessarius & Orator, scripsit*

*De Romano Pontifice, seu de Primatu Petri, lib. 2. Doctrinalis fidei art. 1. & 3.*

Obiit Rhotomagi anno Domini 1430. die 3. Nouembris, sub Martino V. Papa; sepultus est in Ecclesia Carmelitarum.

*Thomas Porcacchius, natione Italus, edidit*

*Pij V. Romani Pontificis vitam.* Extrat in continuatione Panuiniana Venetiis anno 1612. in 4. edita, Italicè.

*Thomas Ramon, Alcagniziacus, Ordinis Prædicatorum Theologus, edidit Latinè*

*De Primatu Petri. Tolosæ anno 1618. in 4. apud Raymundum Colmerium.*

Viuebat tempore Pontificatus S. D. Pauli V.

*Thomas Rinus, vel Rius, Belga, vir Senatorius, edidit*

*Orationem, quam habuit Rome ad Pium IV. Pontificem Maximum pro Legato Regis Catholici Ignatio de Mendoza. Romæ anno 1564.*

*Thomas*



*Thomas Stapletonus*, Anglus, Theologiæ Professor Louaniensis, edidit

De magnitudine Romanæ Ecclesiæ, vbi de Romano Pontifice, lib. 2. Antuerpiæ apud Ioannem Moretum ex Officina Plantiniana anno 1599. in 4.

Claruit sub Clemente VIII. summo Pontifice.

*Thomas Treterus*, Posnaniensis, Polonus, scripsit

*Romanorum Pontificum compendiaria gesta*, ex Simone Starouolſco.

Claruit tempore Pontificatus Clementis VIII.

*Thomas de Vio*, patriâ Caietanus, Ordinis Prædicatorum Magister Generalis 39. deinde S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Sixti & Legatus, Episcopus Caietanus, & Archiepiscopus Panormitanus, scripsit

*Quæstiones de potestate summi Pontificis, & Concilij.*

*De Pontificatus auctoritate & institutione*, M S. Florentiæ in Bibliotheca Medicæa S. Laurentij plut. 26.

*Orationem habitam coram Alexandro VI. Romano Pontifice.*

*Orationes varias habitas in Sacello Pontificio & Concilio Lateranensi.*

*Apologiam pro opusculo de potestate Papæ.*

Obiit Romæ anno salutis 1534. 5. Idus Septembris, ætatis suæ 66. sub Clemente VII. Papæ; sepultus est ad fores Ecclesiæ S. Mariæ supra Mineruam, cum Epitaphio.

*Thomas VValsinghamus*, Anglus, Monachus S. Albani, scripsit

*De Romanis Pontificibus*, in historia.

Viuebat anno Christi 1440. sub Eugenio IV. Papa.

*Timotheus Berardus*, Ligur, Carmelita Genuensis, Doctor Theologus, è Procuratore Generali Episcopus Nolanus in ditione Genuensium à Sixto V. creatus, scripsit

*Panegyricas declamationes de sacra fide, & Pontifice Romano.*

Obiit Genuæ anno Christi 1616. die 21. Aprilis, sub Paulo V. Papa; sepultus est in Ecclesia S. Annæ Carmelitarum Excalceatorum.

*Titus Vespasianus Strozza*, Orator Ducis Ferrariæ, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Innocentium VIII. Pontificem*



*ficem Maximum nomine Ducis Ferraria.* Prodiit Parisiis anno 1577. in 16. apud Hieronymum de Marnef.

*Tractatus Theologorum Venetorum de interdicto Pauli V. Papa contra Rempubl. Veneram.* Extrat tom. 3. *Monarchia* Melchioris Goldasti Caluinista.

*Tractatus de Tribus de Papatu contententibus,* quem mater Ecclesia ipsis de Papatu contententibus tanquam filiis abortiuis scripsit, & specialiter *de fuga Ioannis olim Papa.* Extrabat MS. in Bibliotheca Guilielmi Sirleti.

*Tyresius Foscarus,* scripsisse exploratum habeo  
*De donatione Constantini,* ex Bibliotheca Gesneriana.

## V.

**V**ALASCVS FERDINANDVS, Orator Ioannis Regis Portugallia, scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad Innocentium VIII. Rom.*

*Pont. nomine Ioannis Regis Portugallia.*

*Valentinus Boltzius,* Rubeaquensis, scripsit

*Consilium Christi & Papa.*

*Valentinus Lebaris,* Theologus, scripsit

*De Primatu Romani Pontificis.* Tubingæ in 4.

*Valerianus Salainius,* Florentinus, Monachus, Vallis-Vmbrosæ,

Abbas S. Saluij, deinde S. Praxedis de Vrbe, scripsit Italicè

*Vitas Sanctorum, Romanorum Pontificum, Cardinalium, & Episcoporum Florentinorum,* quas vidi MSS. Romæ in Bibliotheca

S. Praxedis, cum eorum insigniis & miniaturis, in fol. beneficio Reuerendissimi P. Iacobi de Franchis Genuensis, tunc Abbatis, nunc totius Ordinis Visitatoris Generalis.

Obiit Romæ paucis ab hinc annis sub S. D. N. Urbano VIII.

Papa.

*Venericus* Episcopus Vercellensis, scripsit

*De Sacerdotio & Regno librum,* ad Gregorium VII. Romanum Pontificem.

*Ventura,* Vincentinus, Philosophus, ac IC. Venetus, edidit

*Consilium super controuersia vertente inter Paulum V. Papam,*



ac Rempubliam Venetam, occasione nonnullorum statutorum, ac cuiusdam censura. Extat tom. 3. Monarchia Melchioris Goldasti Calvinista, à pag. 486. ad 557.

Floruit sub Paulo V. Pont. Opt. Max.

*Vespasianus Grispolus*, Canonicus, Perusinus, edidit Latine Orationem ad S. D. N. Paulum V. Pont. Max. nomine Academicorum Eccentricorum. Prodiit apud Academicos Augustos 1605. in 4. Perusiæ.

Claruit sub Paulo V. Rom. Pont.

*Vidus Faber Pibracius*, Tolosanus, Regius in supremo Gallia Senatu Patronus, deinde Præses, ac Regis Christianissimi Orator Romanus, edidit

Orationem habitam Rome in Aula Regia ad summum Pontificem, nomine Caroli IX. Francorum Regis Christianissimi, ex relatione clarissimi ac eruditissimi Dionysij Saluagnij Boësj Protopræsidis Camerae computorum Delphinatus.

Obit Parisiis anno Christi 1584. sub Gregorio XIII. Pontifice Maximo.

*Vincentius Bandellus*, è Castro nouo, Ordinis Prædicatorum Prior Generalis 37. scripsit

De potestate Romani Pontificis.

Floruit sub Innocentio VIII. Romano Pontifice.

*Vincentius Bellouacensis*, natione Burgundus, Ordinis Prædicatorum, scripsit

De Romanis Pontificibus, in speculo historiali.

Claruit tempore Innocentij IV. Pontificis.

*Vincentius Blasius Garcias*, Valentinus, Hispanus, edidit Latine

De felici Gregorij XIV. Pont. Pontificatu, ad Amplissimos S.R.E. Cardinales orationem apud S. Petrum habitam 5. Idus Ianuarij 1591. Romæ anno 1591. in 8. apud Vincentium Accoltum.

*Vincentius Carafa*, Prior Capuæ, religionis Equitum Hierosolymitanorum Orator Romanus, edidit

Orationem, quam habuit Rome ad Paulum V. Pontificem Optimum Maximum, nomine Equitum Hierosolymitanorum ann. 1605. die 28. Nouembris.

*Vincentius Robardus*, edidit Latino carmine

Gesta



*Gesta Quinquennalia Sixti V. ac Illustrissimorum ac Reuerendissimorum S.R.E. Cardinalium Elogia.* Romæ anno 1590. in 8. apud Paulum Bladium.

*Vita S. Clementis I. Episcopi Romani & Martyris.* Extat MS. Græcè Florentiæ in Bibliotheca Medicæa, Messanæ in Sicilia, Monachij in Bauaria, Scoriaci in Hispania, & Caffæ Tauricæ in Chersoneso.

*Vita & Gesta Hildebrandi, seu Gregorij VII.* Prohibetur in *Indice Incertorum auctorum.*

*Vita & Instituta S. Patris Syluestri Episcopi Romani.* Extat MS. Messanæ in Sicilia.

*Vita Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Stephanum.* Extant MSS. Florentiæ in Bibliotheca Medicæa S. Laurentij plut. 18. & 66.

*Vita Romanorum Pontificum, VVitebergæ impressæ,* prohibentur in *Indice Romano.*

*Vitellotius Vitellius,* cuius Tifernas, Italus, V.I.D. Episcopus Tifernas, & Imolensis, Signaturæ Gratia Præfectus, ac S.R.E. Presbyter Cardinalis tit. S. Mariæ in Via Lata, Gallia Protector, ac S.R.E. Camerarius, scripsit

*Pontificum, & Cardinalium historiam,* quam morte sublatus pertexere non potuit.

Obit Romæ anno Christi 1568. die 13. Kal. Decembris, ætatis suæ 37. sub Pio V. Papa; sepultus est in Ecclesia S. Mariæ in Via Lata.

*Vltrenus Boltonus,* Anglus, Benedictinus, scripsit

*De donatione Constantini Ecclesia facta.*

*Vrbani VII. Conclauæ & Diaria,* MSS. Romæ in Bibliotheca Barberina.

*Vrbani VIII. Conclauæ & Diaria,* MSS. Romæ ibid.

*Vrbanus Flischus,* Episcopus Foroliuiensis, scripsit

*De rebus gestis Lucij II. Papæ,* in commentariis ex *Citæconio.*

*Vrso Alvimontensis,* Belga, Abbas Ordinis S. Benedicti, scripsit

*Librum de Inuentione corporis S. Marcelli Pont. Max. & Martyris,* quod ex Vrbe in *Altum-Montensem* translatum, ibidem tempore vastationis Hungaria fuerat sub terra reconditum.

Claruit anno Christi 1054. sub Victore II. Pont. Rom.



*VValtramus*, Episcopus Niemburgensis, scripsit

*Pro defensione Henrici Imperatoris aduersus Hildebrandum  
Papam, seu Gregorium VII.*

*VVibertus*, Archidiaconus Tullensis, Leoni IX. coætaneus,  
scripsit

*S. Leonis IX. Pontificis Maximi vitam.* Prodiit Parisiis apud  
Sebastianum Cramoisy anno 1615. in 8. Latinè.

*VVolfgangus Dellingerus*, Germanus, Theologus, edidit

Orationem à se habitam publicè in Academia Viennensi  
*de Vnitate Ecclesie, & visibili eius capite in terris anno 1579.  
die 23. Septembris.* Ingolstadij ex Officina VViesenhorniana  
anno 1580.

Claruit sub Gregorio XIII. Pontifice Optimo Maximo.

## Z.

**Z**acharias Bouerius, Salutiensis, Ordinis Capuccinorum  
Theologus, edidit

*De Romano Pontifice*, tom. 2. Demonstrationum Symbolo-  
rum veræ & falsæ religionis aduersus hæreticos.

Vixit sub S.D.N. Urbano VIII. Papa.

*Zacharias Ferrerius*, edidit

Orationem dictam Hadriano VI. summo Pontifici *de re-  
formatione Ecclesie.*

*Zacharias Lipeloo*, Germanus, Ordinis Carthusianorum, edidit

*SS. Romanorum Pontificum vitas*, in historia Sanctorum Co-  
loniæ apud Henricum Falkenburgium anno 1595. & apud  
VValtherum 1601. in 8. edita.

Floruit sub Clemente VIII. Pont. Max.

*Zacharias Vartabied*, Armenus, Orator Patriarchæ Armeniæ,  
scripsit

*Orationem, quam habuit Romæ ad S.D.N. Paulum V. Pontificem  
Maximum, nomine Patriarchæ Armeniæ.*

Claruit Romæ sub Pontificatu Pauli V. Pontificis.

*Finis Auctorum, qui de Romanis Pontificibus scripserunt.*

ELEN





E L E N C H V S  
HÆRETICORVM,

*Qui aduersus Romanum Pontificem malo  
animo scripserunt.*

A.

**A**BRHAMVS HOFMANNVS, Germanus, Lu-  
theranus, edidit Germanicè  
*Romanorum Pontificum Chronicon.* Lipsiæ anno 1612.  
in folio.

*Acta Ducis Niuernensis, cum summo Pontifice.* Francofurti im-  
pressa ab hæreticis, omnino prohibita sunt *in edicto* 7. Augu-  
sti 1603.

Adamus Reuterus, edidit

*Libertatis Anglicana defensionem, seu demonstrationem, Re-  
gnum Angliæ non esse feudum Pontificis, oppositam Martino  
Beccano S. I.* Londini anno 1614. in 4. apud VVillelmum  
Happer.

Ægidius Hundius, Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus Primatum & auctoritatem Romani Pontificis, in ar-  
ticulo de Ecclesia.* Item

*S. Petrum non presedisse Romana Ecclesia anno 25. ibid. pa-  
gin. 132. & in cap. 16. Matth. pag. 1000. in cap. 2. epistola Pau-  
li ad Galatas, pag. 73. & in tractatu particulari Germanicè edito,  
anno 1618. in 8.*

*Romanum Pontificem esse Antichristum, in articulo de Eccle-  
sia pag. 166. disput. 35. tom. 1. Marpurg. pag. 412. de Antichri-  
sto magno disput. 36. ibid. pag. 431. de duobus Antichristis*



- primariis Mahomete & Pontifice Romano, eorumque fatali incremento, tyrannide, & occasu. *Comment. in 2. Theffalor. 2. pag. 195. & 212. & in 1. Timoth. 4. pag. 136. in 13. cap. ad Roman. pag. 474. & in 1. Ioan. 2. pag. 89. 91. 174. & 195.*
- Albertus Gravverus, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Romanum Pontificem esse Antichristum, disput. 6. tom. 1. dissertationum Anti-Iesuiticarum. Ienæ anno 1614. in 4. Item De Romano Pontifice librum.*
- Amandus Polonus, Calvinista, edidit  
*Sanctum Petrum non praesedisse Romanae Ecclesiae ann. 25. Syllog. theol. Theolog. p. 1. pag. 437.*  
*Contra ementitam successionem Pontificum Romanorum in Episcopatu Romano.*
- Avampnis, Iuris, quod olim in approbandis Pontificibus habuerunt Imperatores, & vicueversa addita in fine constitutione Ludouici I V. Imperatoris, quâ quæ de confirmatione Pontificia agitant, grauissimè definiuntur. Rostochij apud Ioannem Halterford anno 1614. in 8.
- Andreas Helvigijs, Germanus, Lutheranus, edidit librum, cuius titulus est,  
*Antichristus Romanus, in proprio suo nomine numerum illum Apocalypticum 666. continente, proditus VVitembergæ anno 1612. in 4.*
- Andreas Kesslerus, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè  
*Bellum religiosum Iesu Christi, & Papæ Romani, lib. 2. typis Friderici Gruneri anno 1632. in 8.*
- Andreas Mergiletus, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Papam hominem peccati, filium perditionis, & aduersarium, adeoque Antichristum demonstratum è Bibliorum sacra Scriptura singulis capitulis. Lipsiæ anno 1607. in 8.*
- Andreas Osiander, Germanus, Lutheranus, edidit opus prænotatum.  
*Papa non Papa, hoc est, Papæ & Papiculum de præcipuis Christiana Religionis partibus, Lutherana confessio, ex lure canonico, & aliquot auctoribus Pontificijs, in Enchiridij formam collecta. Tubingæ anno 1600. & 1606.*
- Andreas Rinetus, Pictauius, Gallus, Calvinista, edidit

Notæ



*Notas & considerationes supra responsonem fratris Nicolai Coëffeteau ad librum Philippi Mornai intitulatum, Mysterium iniquitatis, hoc est, historia Papatus. Parisiis apud Abrahamum Picard anno 1615. Gallicè.*

*Andreas Villetus, Germanus, Lutheranus, edidit*

*Papam purum putum Antichristum, siue decimam questionem de Antichristo. Francofurti anno 1619. in 8.*

*Angelus Panaretus & Matthæus vobis-op<sup>o</sup>, scripserunt*

*Sermones contra Primatum & Monarchiam Papæ, ad omnes Ecclesias, secundum Apostolum Petrum.*

*Anonymus edidit*

*De legibus & sacrificijs Papæ.*

*Anonymus edidit*

*Narrationem verissimam eorum, qua contigerunt in Disputatione publicè proposita Parisijs de absoluta Papæ potestate anno 1602. Extat tom. 1. Monarchia Melchioris Goldasti Calvinistæ à pag. 755. vsque ad finem tomi.*

*Anonymus edidit*

*Romanorum Pontificum aliquot exempla, cum Ethnicorum Principum gestis comparata. Prodiit anno 1578. in 8.*

*Anonymus, Anglus, edidit librum, cuius titulus est.*

*Illustrissimi & Potentissimi Senatus, populique Angliæ sententia de eo consilio, quòd Paulus Episcopus Romanus, &c.*

*Anonymus, Gallus, edidit Gallicè*

*De Antichristo Romano, in 16.*

*Antonius Sadeel, Gallus, nascitur anno 1521. ex illustri, & antiqua Barœnum Chandæorum familia, Chabotis domo materna, & Matisconensis agri Castello in confinio Gallix & Sabaudix sito, sectæ Calvinianæ sectator, edidit*

*Aduersus Romanum Pontificem, in operibus Theologicis.*

*Moritur Geneuæ in hæresi, febre hecticâ anno 1591. die 23. Februarij, stylo veteri circa meridiem ætatis suæ 57. ex Abrahamo Bucholcero in Indice Chronologico.*

*Arnoldus Chessireus, Germanus, Lutheranus, edidit*

*De Antichristo, & defectione Romana Ecclesie. VVitembergæ anno 1582. in 8.*

*Articulus Alsmacaldus, Germanus, Lutheranus, edidit*

*De*



*De primatu & potestate Papa* librum.  
*Affuerus Blume*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Reuelationem totius Babylonis Romana*. Geræ anno 1607.  
 in fol.

## B.

**B** *Althasar Gualterus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Problemata Hebraica, Chaldaica, Syriaca, Græca, contra-*  
*uersas de Papa Romani primatu, ut & de Antichristo concernen-*  
*tia*. Ienæ anno 1612. in 4.

*Balthasar Mentzerus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Disputationes 14. contra Pistorium th. 34. & seqq. collationem*  
*doctrina Christi & Papa*. Marpurgi anno 1614. in 8.

*Bartholomeus Battus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*De Antichristo disputationem*. Griphsvvald anno 1618.  
 in 4.

*Benjamin Stares*, Spiegel, Germanus, Lutheranus, edidit Ger-  
 manicè

*De Antichristo*. V Vittembergæ anno 1605. in 8.

*Brutum*, Fulmen *Papa Sixti V. vide Franciscum Hottomannum*.

*Burchardus Harbartus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Theses de 3. & 4. Smalcald. confessionis articulis, de Papa, eius-*  
*que, quem sibi tribuit, primatu*. Lipsiæ anno 1609. in 4.

## C.

**C** *Ælius secundus*, Curio, Germanus, auctor damnatus primæ  
 classis, edidit

*Pro vera & antiqua Ecclesia Christi auctoritate in Antonium*  
*Florebellum Mutinensem, Orationem*. Typis Ioannis Oporini  
 anno 1546.

*Capita fidei Christianæ, contra Papam, & portas inferorum*.

*Carolus Molinaus*, Parisiensis I C. Regis & Reginæ Navarra à  
 supplicibus libellis ordinarius Magister, & Principum Ger-  
 manicæ Consiliarius, auctor primæ classis, edidit

*Aduersus Romani Pontificis potestatem*, in Monarchia Fran-  
 cica



- cica à Melchior Goldasto Calvinista, edita tom. 3. *Monarchia*. Eius opera non possunt legi sine peculiari licentia Summi Pontificis, vt patet ex *Bulla* Clementis VIII. Papæ.
- Obiit Parisiis anno Christi 1566. & more maiorum sepultus, ex lib. 2. *Elogiorum* Scæuolæ Sammarthani.
- Catalogus* *Papæ & Moysis*, ex *Indice librorum prohibitorum*, incertorum auctorum.
- Causa*, quare Synodum indictam à Romano Pontifice Paulo III. recularint Principes, Status, & ciuitates Imperij, profitentes puram & Catholicam doctrinam.
- Chestitæus*, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè  
*De Antichristo aduersus Romanum Pontificem*, Tractatum. VVittembergæ in 8.
- Christi & Papæ Antithesis*, auctor huius libri est hæreticus.
- Christophorus Binderus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Aduersus Romanum Pontificem*, in *Theologia Scholastica* anno 1614. Francofurti apud Bernerum in 4. edita.
- Christophorus Iungenius*, Academiæ Heidelbergensis Professor, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Parallelam Apocalypticam sententiarum, quibus ex conflictu & collisione præcipuarum inter Christianos opinionum de Antichristo, Pontificio & Davidico, veritas, quâ pote, vel elicitur, vel saltem elicienda proponitur*. Francofurti anno 1618. in 8.
- Christophorus Pelargus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Pontificis Romani, regniq; Pontificij confutationem* disput. 10. decad. 2. Francofurti anno 1593. in 4.
- Claudius Salmasius*, vulgò *Sommaise*, natione Burgundus, patriâ Diuionensis, Calvinista, scribit  
*Aduersus primatum S. Petri* librum. Audio nunc esse sub prælo Amstelodami.
- Viuit hoc anno 1642. Diuione, dum hæc scribimus.
- Commentarius* in responsonem synodalem datam Basileæ Oratoribus D. Eugenij Papæ I V.
- Comparatio* Euangelij, Papæ, & Christi, Gallicè edita.
- Conradus Glasseria*, Germanus, Calvinista, edidit  
*Historiam Antichristi illius magni, explicatam decem exercitationibus in alteram partem cap. 11. prophetiæ Danielis, qua de-*



*cem posterioribus versibus capitis continetur.* Lugduni Batauorum anno 1608. in 8.

Conradus Ruhelius, Germanus, Lutheranus, edidit

*Libros dogmatum & argumentorum praeceptorum, quae Iesuita obtendunt de & pro Papa. V Vittembergæ anno 1604. in 4. apud Zachariam Schurer.*

Conradus Vorshius, Calvinista, edidit

*Romani Pontificis, regniq. Pontificij consutationem, in Anti-Bellarmino pag. 17. 57. 80. &c.*

## D.

Daniel Arcularius, Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus Romani Pontificis potestatem, disputationem 45. tom. 1. Marp.*

Daniel Cramerus, vel Chamierus, Calvinista, edidit

*De OEcumenico Pontifice disputationem libris 5. distinctam. Geneuæ anno 1600. apud Iacobum Choüet in 8.*

*Antiquiarum, vel reuelationem Antichristi. Francofurti in 4.*

Daniel Tilenus, Silesius, Calvinista, edidit

*Notas in Bellarminum de Summo Pontifice. Geneuæ anno 1619. in 4.*

*Antichristum, disputationem bipartitam, 1. Papam Romanum reuerè magnum illum, & propriè dictum Antichristum esse in sacris litteris prædictum. 2. Antichristum Pontificiorum & Iesuitarum fictitium, & ementitum monstrum esse aduersus Robertum Bellarminum, auctore Thoma Brigtmanno coniunctim editam. Ambergæ anno 1611. in 8.*

*Speculum Antichristi. Rostochij anno 1605. in 8.*

David Blondellus, Catalaunensis, Campanus, Calvinista, edidit opus, cui titulus est,

*Pseudo-Isidorus & Turrianus vapulantes, seu editio & censura noua Epistolarum omnium, quas pÿssimis urbis Romæ Præsulibus à B. Clemente ad Siricium, &c. nefando ausu, infelici euentu, Isidorus cognomento Mercator supposuit, Franciscus Turrianus Iesuita aduersus Magdeburgensium centurias aculeato stylo defendere conatus est. Recensuit, Notis illustrauit, bono Ecclesiæ dicauit David*



*uid Blondellus Catalaunensis.* Geneuæ ex Typographia Petri Choüet anno 1628. in 4. Latinè.

*David Chytraus,* Germanus, Lutheranus, edidit

*Anthithesin doctrinae Christi & Papæ,* in 9. cap. Apocalypf. pag. 200.

*De Antichristo,* in 13. cap. Apocal. pag. 283. in 8.

*David Maierus,* Germanus, Lutheranus, edidit Latinè

*Transennam Theologicam & historicam de Papatu Romanensium per Ethnicismum impragnato refermentatòque: porrò de Papislarum Deo, qui est reuera Papa Romanus.* Francofurti anno 1634. in 4. apud Ioannem Fredericum VVeisium.

*David Pareus,* Germanus, Calvinista, edidit

*Propositiones de potestate Ecclesiastica & civili, explicatas, & assertas à Philippo Pareo Davidis filio.* anno 1633.

*David Rungius,* Germanus, Lutheranus, edidit

*De primatu Ecclesiæ Romanæ* disput. 18. ex Epist. ad Rom.

*De tyrannide Romani Pontificis* disp. 9. ex post. Epist. ad Corinth. part. 3.

*Contra primatum Papæ* disp. 14. ibid. part. 3.

*Didymus Fauentinus,* Lutheranus, scripsit pro Martino Luthero.

*De Romani Pontificis Monarchia,* Orationem anno 1521. editam.

*Domites Menapius,* Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus primatum Romani Pontificis,* in Enchiridio controuersiarum inter Euangelicos & Pontificios pag. 385.

*Donatus Gotwivsus,* Triuonenſis, Germanus, Lutheranus, edidit

*Iuramentum Pij Papæ IV. continens capita Pontificia religionis cum confutatione* 1573. in 8.

## E.

**E**lias Reusnerus, Leorinus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Tertiam è septem illustrium quaest. historicarum* pag. 39. *Vtrum S. Petrus Apostolus Romæ Episcopatum egerit.* Ienæ anno 1609. in 4.



*De Romanis Pontificibus*, in *Isagoge historica lib. I. pag. 71. & seqq.*

*Erius Tiletanus*, Germanus, Lutheranus, scripsit opus, cuius titulus est,

*Papa Romanus pharizans, cum pseudo-chymicis, ex fraude & dolo conferruminatis adfabrè comparatus, iteratò editus, cui subiecta sunt testimonia aliquot veterum & recentium Theologorum, Historicorum, Politicorum, de interitu & ruina monachatus Papalis.* Lipsiæ anno 1617. in 4.

*Esaias Suberschiagius*, Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus Romanum Pontificem*, in *Commentario de Antichristo.* V Vittembergæ anno 1597. in 8. edito.

## F.

**F***ranciscus Goduvinus*, Anglus, Pseudopontifex Landauen-  
sis, & Sacellanus Regius, Calvinista, edidit Latinè

*De Romanis Pontificibus & Cardinalibus Anglis.* Londini 1614. in 4.

Dele omnia quæ dixi de eo pag. 311. quia hæreticus est, ideo expungendus inter Catholicos.

*Franciscus Gomarus*, Germanus, Lutheranus, edidit

*Defensorem pacis, siue aduersus usurpatam Romani Pontificis iurisdictionem.* Francofurti anno 1592. in 8.

*Franciscus Hotomanus*, Parisiensis IC. Calvinista, edidit

*Fulmen Brutum Papæ Sixti V. aduersus Henricum Francia & Nauarræ Regem.* Extat tom. 3. *Monarchiæ Imperialis* Melchioris Goldasti.

*Franciscus Iunius*, Bituriæ, Gallus IC. Calvinista, edidit

*Animaduersiones ad controuersiam 3. & 4. Christianæ fidei de Summo Pontifice*, quam Robertus Bellarminus disputationum suarum libris exarauit, aduersus huius temporis Hæreticos. Heidelbergæ anno 1600. in 8. apud Commelinum.

Obiit anno salutis 1602. die 13. Octobris, ætatis suæ 57.

*Frangidelphus Escoche*, edidit Gallicè

*Descriptionem regni Pontificij in tabula descriptam, cum libro declaratorio.* Prodiit anno 1566. in fol. & in 4.

*Fride*



Fridericus Balduinus, Germanus, Dresdensis, Lutheranus, edidit

*De primatu & potestate Papæ disput.* 10. ex art. Sumalcald.

*Diatribem theologicam de Antichristo, in qua Papicolarum fabula de Antopico Antichristo, ex immotis Scripturarum diuinarum oraculis, & subsecuto infallibili temporum euentu, refutantur; opposita epistola Gasparis Scioppij Apostata. V Vittebergiæ anno 1607. & 1615. in 8. apud P. Helvvig.*

## G.

Gabriel Bouelus, aliis Paulus Britannus, Calvinista, edidit  
*Disputationum Theologicarum, & Scholasticarum de Antichristo, & eius Ecclesia* libros 2. Hanouix anno 1605. in 8. & Lugduni Batauorum 1606. apud Vægelinum in 12.

Georgius Bachmannus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus primatum Romani Pontificis. Exercitat. Theolog. cent. 1. quæst. 6. & 15.*

*Petrum non præsedisse Romana Ecclesia. Ibid. cent. 1. quæst. 87.*

*Sitne Papa Concilio subiectus. Ibid. cent. 3. quæst. 1.*

*Sitne Papa Antichristus. Ibid. cent. 3. quæst. 2.*

Georgius Beatus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Romanorum Pontificum Chronicon. Prodiit Francofurti anno 1604. in 8.*

Georgius Doumanus, Germanus, Lutheranus, edidit opus prænotatum,

*Papa Antichristus, siue Diatriba de Antichristo, cuius due partes, prior κατὰ τὸν ὀρθόδοξον, quâ orthodoxa Regis Jacobi de Antichristo sententia demonstratur. Posterior ἀνατὸν ὀρθόδοξον, quâ Leonardi Lessij 16. demonstrationes monitoria Regis præfationi opposita, refutantur. Londini anno 1620. in 4.*

Georgius VVintermonat, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

*Historiam Ecclesiasticam Romanam, siue Romanorum Pontificum Chronicon. Lipsiæ anno 1614. in fol.*

Georgius Nigrius, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

*De Antichristo Tractatus 2. anno 1586. in 4. & 1589. in fol.*



Georgius Sohnius, Germanus, Lutheranus, edidit

*Disputationem, quod Papa Romanus sit Antichristus ille, de quo Propheta & Apostoli prädixerunt.* Heidelbergæ anno 1588. in 4.

Georgius Zeamannus, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

*De Antichristo.* Augustæ Vindelicorum anno 1618. in 4.

Gothardus Arthusius, Germanus, Lutheranus, edidit

*De rebus in regno Antichristi adhuc usque tempora maximè memorabilibus, tom. 1. 2. & 3.* Francofurti in 8.

Gouynus, Gallus, Calvinista, edidit Gallicè

*Aduersus potestatem Romani Pontificis, in 8.*

Guilielmus Vitakerus, Germanus, Calvinista, edidit

*Prælectiones in controuersiam de Romano Pontifice, aduersus Pontificios, imprimis Robertum Bellarminum.* Hanouixæ anno 1608. in 8.

## H.

**H** Adrianus Damantius, Lymbergius, Gandauenfis, Calvinista, edidit librum inscriptum,

*Imperij ac Sacerdotij ornatus, diuersarum item gentium peculiaris vestitus, cum Commentariolo Caesarum, Pontificum, ac Sacerdotum.*

Henricus Bullingerus, Bremgartenfis, Heluetius, Lutheranus, edidit

*Contra Bullam Papiisticam anno 1569. contra Angliæ Reginam Elizabetham, & contra eius regnum promulgatam, orthodoxæque Regina, & uniuersi regni Angliæ defensionem.* Londini anno 1571. in 4.

*De rebus gestis S. Petri Apostoli, in sua Chronologia Apostolorum.*

Obiit Tiguri anno 1575. die 17. Septembris.

Henricus Butingius, Germanus, Lutheranus, edidit

*S. Petrum non præsedisse Romanæ Ecclesiæ, in Itinerario S. Scripturæ part. 2. pag. 46.*

Henricus Eckardus, Germanus, Lutheranus, edidit

*S. Petrum*



*S. Petrum non praesedisſe Romana Eccleſia*, in opusculo Theologico de ordine Eccleſiaſtico & Politico pag. 72.

*An Pontifex Romanus ſit Dominus Eccleſia*, ibid. pag. 55.

*An idem verè ſit, & dicatur Epifcopus*, ibid. pag. 71.

*An idem ſit ſucceſſor Diui Petri*, ibid. pag. 72. Lipſiæ anno 1612. in 8.

*Papa phariſans* historicè, logicè, & philoſophicè. Ienæ anno 1604. in 8. apud Brinſtelium.

*Henricus Pantaleo*, Baſilienſis, profeſſione Medicus, edidit

*Chronographiam Eccleſia Chriſti, in qua Patrum & Doctorum præcipuorum ordo per Impp. Principes, Concilia, Pontifices Romanos à Chriſti natiuitate uſque ad annum 1568. oſtenditur.* Baſileæ apud hæredes Nicolai Brilingeri anno 1568. in folio.

*Hermannus Fabronius*, Germanus, Lutheranus, edidit

*De Antichriſto*, in historia pag. 102.

*Hermannus Rennecherus*, Germanus, Lutheranus, edidit

*Descriptionem Romani Pontificis Antichriſti, & veram eius declarationem.* Herbornæ, & Lichæ, anno 1589. in 8.

*Hieronymus Valentinus de Cantoral*, Calviniſta, edidit

*Verſionem trilinguem, Italicam, Gallicam, & Hispanicam, hiftoricorum tractatum, qui aduerſus tyrannidem Epifcopi Romani in tomis operum Lutheri extant, &c.* Ienæ anno 1595. in 4.

*Huldricus Huttenus*, ſiue *de Vtten*, Germanus, Lutheranus, edidit

*Epigrammata varia in Iulij II. Papa tempora*, Satyram. Francofurti anno 1538.

*Orationem ad Chriſtum pro Iulio II. Ligure Pontifice.*

*Praefationem ad declarationem Laurentij Valle contra donationem Constantini.* Colonia cum Concilij Baſilienſis descriptione anno 1535.

*Huldricus Zuinglius*, Toggius, vel Tugiſienſis, Heluetius, Hæreſiarcha, articulum edidit tom. 1. operum, quem prænotauit,

*Poteſtas, quam ſibi Papa & Epifcopi, ceterique quos ſpirituales vocant, arrogant, & faſtus quo turgent, ex ſacris litteris, & doctrina Chriſti firmamentum non habet.* Item

*Suggeſtio deliberandi ſuper propoſitione Hadriani Pontificis Maximi Neroberga facta ad Principes Germania.*

*Iacobus*



## I.

**I**acobus VI. Angliæ & Scotiæ Rex, edidit  
*Commentationem de Antichristo.* Lipsiæ anno 1604. in 4. Ha-  
 nouiæ 1608. in 8. Londini & alibi.

Iacobus Herbrandus, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Disputationem de Primatu Romani Pontificis.* Tubingæ an-  
 no 1575. in 4.

*Apologiam duarum disputationum de Antichristo, & refuta-  
 tionem responsionis Michaëlis Hageni ad posteriorem de Anti-  
 christo disputationem.* Tubingæ anno 1583. in 4.

*De verbis Christi, Tu es Petrus, & super hanc petram adifica-  
 bo Ecclesiam meam.* Tubingæ anno 1589. in 4.

*Alteram disputationem de Antichristo contra Michaëlem Ha-  
 genum.* Tubingæ anno 1582. in 4.

*Orationem de septem eius nominis Clementibus Rom. Pont. ha-  
 bitam.* Tubingæ anno 1580. in 4.

*De remotione eorum, quæ Pontifici Romano non competunt.* Tu-  
 bingæ.

Iacobus Reneccius, Germanus, Lutheranus, edidit  
*S. Petrum non prædesse Romanæ Ecclesiæ, seu veræ Ecclesiæ  
 inuentionem, cap. 5. pag. 148. Idem cap. 8. trium problematum  
 problem. 1. pag. 255.*

*Disputationem de Antichristo, tom. 4. Panopliæ cap. 10.*

Ianus Serræus, vulgò de Serres, Gallus, Calvinista, edidit  
*Aduersus Romanos Pontifices, in Inuentario generali histo-  
 riæ Franciæ Geneuæ anno 1615. edito.*

Ioannes Auene, Rubeaquensis, Germanus, Lutheranus, edidit,  
 seu è Gallica lingua vertit,

*Librum cuiusdam anonymi, de repugnantia doctrinæ Christi, ac  
 Romani Pontificis in scriptum, in quo demonstratur per antithe-  
 sin, Pontificum doctrinam & vitam, non tantum sacrosancto  
 Christi Euangelio non consentaneam, sed extra Dei verbum  
 ab hominibus traditam, atque conuinctam esse. Prostat an-  
 no 1546.*

Ioannes Balæus, Anglus, Ordinis Carmelitarum Apostata, edidit  
 Romano



*Romanorum Pontificum acta*, ex maiore Catalogo Anglicorum Scriptorum desumpta, & in tres classes, lib. 7. diuisa. Francofurti anno 1567. in 8. postea Amstelodami 1615. in 8. cum continuatione Ioannis Martini Lidij.

*Ioannes Bekinsaus*, Anglus, edidit ad Henricum VIII. Regem

*De supremo & absoluto Regis imperio, aduersus Romanum Pontificem.* Londini anno 1546. & tom. 1. *Monarchiæ* Melchioris Goldasti Caluinistæ.

*Ioannes Brentius*, Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus Romanum Pontificem*, tom. 8. pag. 28. 134. & 756. Tubingæ anno 1590. in fol.

*Ioannes Calvinus*, natione Picardus, patriâ Nouiomensis, Hæresiarcha, natus publico Christianæ Reipublicæ damno, anno 1509. die 10. Iulij, edidit

*Aduersus Romanum Pontificem, & eius auctoritatem*, lib. 4. Institutorum cap. 6. sect. 1. & seqq. & cap. 7. sect. 1.

Moritur Genevæ miserè anno 1564. die 27. Martij, ætatis suæ 54.

*Ioannes Crispinus*, Caluinista, edidit

*De Romanis Pontificibus*, libro de statu Ecclesiæ anno 1582. apud Ioannem Bauentium in 8. Gallicè edito.

*Ioannes Deucerus*, Lutheranus, edidit

*De Antichristo Romano*, in Thesauro Theologico cap. 3. lib. 1. loc. 29. pag. 173.

*Ioannes Dolingius*, Germanus, Lutheranus, edidit Latinè

*De finali Antichristi interitu* libros 4. vbi aduersus Romanum Pontificem, impiè, (sicut cæteri hæretici,) scripsit. Rostochij anno 1633. in 4. apud Ioannem Halleruordium.

*Ioannes Försterus*, Germanus, Lutheranus, edidit

Disput. 10. Systemat. Problemat. Theolog. cap. 2. th. 48. *de Monarcha, vel capite Ecclesiæ Catholice in hisce terris militantis; an Monarchia Ecclesiæ constituta sit in Petro, eiusque successoribus falsò sic dictis Pontificibus Romanis.* VVittebergæ anno 1610. in 4.

*Ioannes Frenkelius*, Germanus, Lutheranus, edidit

*Romanorum Pontificum historiam.* Vrsellis anno 1600. in folio.



Ioannes Funkius, Germanus, Lutheranus, edidit

*S. Petrum non praesedisse Romanae Ecclesiae, anno 25. in sua Chronologica G. 3. b. G. 4. b.*

Ioannes Garcaeus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Collationem summi Pontificis veteris & noui Testamenti. Lipsiae anno 1574. & 1585. in 8.*

Ioannes Georgius Bruunnerus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Orationem de causis corrupti Papatus, & in specie nullitate, & vanitate Petrini Episcopatus, contra modernos Papicolos, imprimis Bellarmini Cardinalis Φλωρίας. Francofurti anno 1614. in 4.*

Ioannes Gerhardus, Germanus, Lutheranus, edidit

*De Romano Pontifice & Antichristo contra Robertum Cardinalem Bellarminum disp. 6. & 7. Ienae anno 1620. in 8.*

Ioannes Hugonis, Sletstadiensis, Germanus, edidit

*De potestate Papa librum. Argentinae ann. 1504. apud Ioannem Gruner.*

Ioannes Hussus, Bohemus, in Academia Pragensi Theologus, Hæresiarcha, scripsit

*Aduersus potestatem Romani Pontificis.*

[Crematus est viuus ob hæresim Constantiæ ex decreto Concilij anno 1415. die 6. Iulij.

Ioannes Iacobus Gryneus, Calvinista, edidit

*Censuram Theologicam de prima Antichristianorum origine, & precipuis capitibus, cum eorundem refutatione, ad disputandum, propositam. Heidelbergæ anno 1584. in 4.*

Ioannes Martinus Lydius, natione Batauus, Calvinista, edidit

*Continuationem historiae Romanorum Pontificum Ioannis Babeli, quæ prodiit Amstelodami anno 1615. in 8.*

Ioannes Pratorius, Germanus, Lutheranus, edidit

*De Antichristo. Francofurti anno 1592. in 4. Germanicè*

Ioannes Pseudo-Episcopus Roffensis, Anglus, Calvinista, cuius nomen est *Montacutius*, ni fallor edidit

*De potestate Papa in rebus temporalibus, siue in Regibus disponendis usurpata aduersus Robertum Bellarminum libros 2. Londini anno 1614.*

Ioannes Rosa, Germanus, Lutheranus, edidit

*Synopsis*



- Synopsin regni Pontificis*. Erphordiae anno 1579. in 8.  
*Ioannes Schroderus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Catecheticam aduersus Romanum Pontificem*, pagina 260.  
 Svinfurti anno 1606. in 12.  
*Ioannes Sleidanus*, Belga, edidit Germanicè  
*De Romanis Pontificibus*, 1567. in 4.  
 Obiit Argentinæ ex epidemico morbo anno 1556. æta-  
 tis 50.  
*Ioannes VVigandus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Synopsin Antichristi Romani, spiritu oris Christi reuelati*. Vrfellis anno 1567. in 4.  
*Ioannes VWilsonus*, Anglus, Calvinista, edidit  
*Quæstionem bipartitam in Georgium Blacuellum, Angliæ Archipresbyterum à Clemente VIII. Papa designatum, de potestate Romani Pontificis*. Extat tom. 3. Monarchiæ Melchioris Goldasti à pag. 567. ad 610.  
*Ioannes VVinckelmannus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Theses Theologicas. An Christus unum hominem Ecclesiæ vniuersalem Episcopum præesse voluerit*. Marpurgi anno 1598. in 4.  
*Israël Murschelius*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Fatorum Romæ Papalis Apocalypsin*. Argentinæ apud Gasparem Bierzelium anno 1633. in 4.  
*Ius ab Imperatoribus olim in approbandis confirmandisque Pontificibus Romanis usurpatum, & vice versa de assumpta Pontificum Romanorum in ipsos Cæsares & Imperatores confirmationis, & reprobationis auctoritate*. Stetini anno 1634. in 8.

## L.

**L** *Ambertus Danaus*, natione Gallus, patriâ Auenionensis, Ordinis Minorum Apostata, Lutheranus, edidit  
*Tractatum de Antichristo, in quo Antichristiani regni locus, tempus, forma, ministri, fulcimenta, progressio, interitus, & exitium, ex verbo Dei describitur: explicatis simul aliquot difficultibus & obscuris locis Danielis & Apocalypsis*. Additis quoque ad  
 N n n 2 finem



finem scriptis quibusdam vetustissimorum Episcoporum, Monachorum & aliorum contra eiusdem tyrannidem. Genevæ anno 1576. in 8.

Leonellus Scharpus, Lutheranus, edidit

*Speculum Papæ*, id est, *viuam & expressam Antichristi effigiem*. Etonæ anno 1612.

Leonhardus Culmannus, Germanus, Lutheranus, edidit

*De Antichristo loc. commun. Theolog. pag. 394.* Francofurti anno 1561. in 8.

Leonhardus Huttenus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Disputationem super abominatione Pontificis*, in *Tractatu de Ecclesia*. V Vittebergæ anno 1599. in 4.

*Disputationem de substantiatione & praeceptionibus Pontificis*, contra Cardinalem Bellarminum. V Vittebergæ anno 1599. in 4.

*Triumphum de regno Pontificio*, Tractatum Scholastico-theologicum. V Vittebergæ anno 1607. apud Zachariam Schuretum.

*Historicam dissertationem de iniustissimo Pontificis Romani in Ecclesia Dei dominatu*. V Vittebergæ anno 1609. in 4. apud Paulum Heluigium.

*Aduersus primatum Romani Pontificis loc. Theolog. loc. 16. pag. 568. & seqq. in fol.*

Leonhardus Marius, Colonienfis, Germanus, edidit

*Succinctam examinationem assertionis, in qua Pontificis Romani usurpatum in Ecclesia dominatum, totamq; Synagoga Romana Hierarchiam, sub vocabulo Primatus, aduersus Marcum Antonium de Dominis defendendum suscipit*. Londini anno 1618.

Leonhardus Vvarmundus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Admonitionem in Anathematismum, quo Gregorius XII. PP. Rom. Gebhardum Truchsesium Archiepiscopum Colonensem Electorem Imperij Romani damnauit*. Lugduni Batavorum anno 1583. in 4.

Lucas Osiander, Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus Romani Pontificis primatum & auctoritatem*, in *Enchiridio controuersiarum cum Pontificiis cap. 8. p. 50. & 531. quest. 3. p. 60. & quest. 5. p. 60.*

Romano



*Romanorum Pontificum vitas.* anno 1591. in fol.  
*Ludouicus Capellus*, Gallus, Caluinista, edidit Latinè  
*De S. Petro Apostolo*, in historia Apostolica, &c. Geneuæ  
 anno 1634. in 4. apud Ioannem de Tournes, & Iacobum de  
 la Pierre.

## M.

**M** *Arcus Beumlerus*, Caluinista, edidit  
*Antichristum Romanum*, hoc est, *Vindicationem dispu-*  
*tationis Georgij Sohnij*, contra *Ioannis Aquipontani sacerdotis*  
*Papistici cauillationes, & sophismata.* Herbornæ anno 1590.  
 & 1599. in 4.

*Marcus Vulsonius*, vulgò *de Vulson*, Gallus, Consiliarius Gratia-  
 nopolitanus, Caluinista, edidit Gallicè  
*De auctoritate Summi Pontificis, & libertatibus Ecclesie Galli-*  
*ne* libros 6. falsis citationibus (vt est mos hæreticorum) plenos.  
 Geneuæ anno 1635. in 4. apud Ioannem de Tournes, & Iaco-  
 bum de la Pierre.

Obiit Gratianopoli anno 1640. sepultus est in sua cella vi-  
 naria.

*Martinus Lutherus*, Germanus, Islebius, Ordinis Augustiniano-  
 rum Apostata, Hæresiarcha, V Vittebergenfis Minister, edidit  
*Aduersus Romanum Pontificem, eiusq; primatum & potesta-*  
*tem.* tom. 1. V Viteb. lat. pag. 311. de potestate Papæ, & tom. 7.  
 V Viteb. lat. pag. 447. aduersus Papatum Romæ à Sathana  
 fundatum.

*De Antichristo* tom. 2. V Viteb. lat. pag. 135. & 141. Ienæ  
 tom. 2. pag. 370. Germanicè Vrsellis 1574. in 4. & tom. 7. V Vi-  
 teb. pag. 49. & 194.

Obiit in hæresi anno Christi 1546. die 17. Februarij, ætatis  
 suæ 63. apostasiæ verò 34.

*Matthaus Dresserus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Confutationem commentitiæ opinionis Roberti Bellarmini Ie-*  
*suite, de translatione Imperij Romani à Grecis ad Romanos, insti-*  
*tutioneque Septemuirorum Electoralium per Pontificem Roma-*  
*num.* Francofurti anno 1592. in 4.



*Matthæus Flaccus Illyricus*, Germanus, Lutheranus, Centuriator Magdeburgensis, edidit

*Aduersus Romanum Pontificem*, Catal. test. veritat. lib. 1. p. 2. & 6. Christianæ & Antichristianæ doctrinæ Antitheses, p. 26. D. Petri Apostoli, & Pontificis Romani, eorumque doctrinæ collatio p. 62. Testimonia Diui Pauli aduersus Papatum; de præcipuis doctrinæ Christianæ capitibus. Heidelbergæ anno 1608. in fol. Item lib. 1. pag. 52. lib. 3. pag. 141. lib. 4. pag. 271. lib. 6. pag. 619. lib. 8. pag. 799. & 823. Item lib. 1. pag. 1. & seqq. & in tract. de Antichristo, Germanicè ann. 1570. in 8. edit.

*Matthæus Hoë*, Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus Romanum Pontificem de Antichristo*, libro tertio Comment. in 6. cap. Apocalypsis, Angeli Tibicines, seu Insigniores hæretici septem; inter quos Antichristus imprimis maximus viuis coloribus depictus, &c. & lib. 4. in 13. cap. ibid. pag. 164. 269. & 322.

*Matthæus Sutlius*, Calvinista, edidit

*De Pontificia Rom. iniustissima in Ecclesia dominatione, aduersus Robertum Bellarminum*, libros 5. Hanouix anno 1605. in 8. apud Guilielmum Antonium.

*Maximilianus Philo*, Germanus, Lutheranus, edidit

*Triumphum Papalem per successionem euentitiam, & consensum dissentientem Pontificiorum & Iesuitarum*. Francofurti ad Porcium.

*Melchior Goldastus*, Haiminsfeldius, Germanus IC. Consiliarius Saxoncus, Calvinista, edidit opus, cui titulus est:

*Monarchia S. Romani Imperij, sive tractatum de Iurisdictione Imperiali, seu Regia, & Pontificia, seu Sacerdotali; deque potestate Imperatoris, siue Regis, ac Papæ, cum distinctione vtriusque Regiminis, Politici & Ecclesiastici*. Tomi tres, Primus prodit Hanouix typis Thomæ Villierij, impensis Conradi Biermanni & consort. 1612. in fol. Secundus. Francofordiæ typis Nicolai Hoffmanni, impensis Conradi Biermanni, & confortum, anno 1614. in fol. Tertius ibid. typis eiusdem & impensis eorundem, anno 1613. in fol. Latinè, sicut interponitur annus impressionis. Hæc Monarchia prohibetur in Indice Romano in decreto 23. Augusti 1634.

Viuebat



Vivebat Francofurti ad Mœnum anno salutis 1614.

*Menradus Moltherus*, Germanus, Lutheranus, edidit

*Romanorum Pontificum Catalogum.*

Vixit anno Domini 1546.

*Michaël Dunkius*, Germanus, Lutheranus, edidit Germanicè

*De Antichristo reuelato aduersùs Romanum Pontificem.* Nu-

remburgæ anno 1632. in 4.

*Michaël Wendlandus*, Gryphenbergensis, Germanus, Luthera-  
ranus, edidit

*Discursum de pace, & curâ religionis, iurisdictione Imperato-*

*rum in Pontifices, libertate conscientiarum, violentam Pontificum*

*Romanensium in Imperatorum & hominum conscientias arrogan-*

*tiam gnauiter & grauiter depingentem.* Lipsiæ anno 1615. in 8.

*Dissertationem de iurisdictione Imperatoris in Pontifices, &c.*

Geræ anno 1614. in 8.

*Milletierrus*, Gallus, Calvinista, Minister Charentonij, scri-

pisse audio

*De Successione Romanorum Pontificum à S. Petro vsque ad Vr-*

*banum VIII.*

*Moses Pflagerus*, Germanus, Lutheranus, edidit

*De Antichristo aduersùs Romanum Pontificem*, in Postilla

Euang. Dom. 25. post Trinitatem loc. 1. pag. 1060

## N.

**N**icolaus Honigerus, Germanus, Lutheranus, edidit Ger-  
manicè

*De Romanis Pontificibus.* Basileæ anno 1586. in 4.

*Nicolaus de Morbais*, edidit Gallicè

*Supplicationem ad Imperatorem, Reges, Principes, Status, Res-*

*publicas, & Magistratus Christianos de causis conuocandi Con-*

*cilium Generale aduersùs Paulum V. Romanum Pontificem.*

## O.

**O**tho Korberius, forsan Cerberus, Pabergensis, Germanus,  
Lutheranus, edidit

*Librum,*



*Librum, quod Papa nullo iure teneatur, neque etiam per omnes sanctiss. sui corporis vires possit, vel unicam orationem dominicam verè, adeoque ex corde dicere. Prodiit anno 1539. in 4. Extat MS. in Bibliotheca Imperiali Viennæ in Austria.*

*Otho Gualperius, Germanus, Lutheranus, edidit*

*Orationem de Ecclesiæ auctoritate & potestate. Marpurgi anno 1591. apud Paulum Egenolphum.*

## P.

**P***Acard, Gallus, Calvinista, edidit Gallicè*  
*Descriptionem Antichristi. Genevæ in 8.*

*Papatus Romanus, hoc est, Liber de origine, progressu, atque extinctione ipsius. Londini 1618. in 4. apud Ioannem Bellum, & Francofurti.*

*Parallela, siue memorabilia de vita & moribus Pontificum Romanorum exempla cum Ethnicorum Principum dictis, factisque comparata, nunc aucta. Ambergæ anno 1610. in 8. apud Michaëlem Forsterum.*

*Paulus de la Scala, Comes Hunnorum, scripsit*

*De labyrintho Romani Antichristi. Item*

*Epistolam ad Romanum Antichristum. Basileæ in 4. apud Ioannem Oporinum.*

*Vaticiniorum & imaginum Ioachimi Abbatis Florentis Calabriae, & Anselmi Marsicani, super statum summorum Pontificum Romanæ Ecclesiæ, contra falsam cuiusdam Pseudo-Magi, quæ nuper nomine Theophrasti Paracelsi in lucem prodijt, pseudomagicam expositionem, indubitatam explanationem. Coloniae anno 1570.*

*Petrus Asilus, IC. Lutheranus, edidit*

*De Romani Pontificis tyrannide Commentarium. Francofurti anno 1594. in 8.*

*Petrus Cassiodorus, Eques, Anglus, scripsit*

*Epistolam de tyrannide Pontificis Romani in iura Regni & Ecclesiæ Anglicanæ anno Dom. 1250. Extat tom. 1. Monarchiæ Goldastinæ à pag. 11. ad 13.*

*Petrus Ioannes, Diocesis Birauenfis, scripsit*

*Postillam*



*Postillam in Apocalypsin, in qua Papam Antichristum dicit.*  
Aduersus hunc rescripserunt sancti Patres Anselmus & Bernardus.

*Petrus Molineus, Gallus, Calvinista, Minister Sedani, scripsit*  
*De Monarchia temporali Romanorum Pontificum.* Londini  
in 8.

*Librum de Antichristo, nomine suppresso.*

Viuit Sedani hoc anno 1642.

*Petrus Paulus Vergerius, Hæreticus, antea Episcopus Modrufensis, deinde Iustinopolitanus, & Clementis VII. & Pauli III. in Germania Legatus.*

*De coronatione Iulij III. Papa, quid sperandum ex Papatu Iulij III. ad Anglia Regem.*

*De nugis & fabulis Papæ Gregorij I. librum 1. de triginta missis nuncupatis S. Gregorij.*

*Orationem de diminutione Papatus.* Edidit etiam

*Epistolas Petrarchæ contra Papatum.*

*Rhythmos Francisci Bernæ contra Papatum.* Italicè

*De Litteris Othonis Cardinalis Augustani de oratione Iulij III.*

*scriptis.*

*De statu Romana curiæ, sub nomine Bonini de Boninis.*

*De Antichristo Romano.*

*Opusculum in quo rationes vera monstrantur, quibus adducti Romani Pontifices, elegantes illas Septimana sancta ceremonias instituerunt.* Tiguri anno 1552.

*Librum de ordine eligendi Pontificis, & rationem de ordinatione, & consecratione eiusdem.* Tubingæ anno 1556. in 8.

*Petrus Piscator, Lutheranus, edidit*

*De Antichristo aduersus Papam, disp. 19. loc. comm. theolog.*  
Ienæ anno 1601. in 8.

*Petrus Valladeus, vulgò de la Vallade, Gallus, Calvinista, Minister Fontiniaci Comitalis apud Pictones, edidit Gallicè*

*Apologiam pro epistola Ministrorum Parisiensium Regi oblata: opposita libro, quem aduersus eos edidit Armandus Ioannes Plessæus Richeleus, Episcopus Lucionensis, Rupellæ ex Officina viduæ Ioannis Berthomme anno 1619.*

*Philippus Heilbrunnerus, Germanus, Lutheranus, edidit*

000

Antithæ



*Antithesin doctrinae S. Petri Apostoli, & Pontificis Romani.*  
Lauingæ anno 1597. in 4.

Philippus Nicolaus, Germanus, Lutheranus, edidit

*De Antichristo Romano, filio perditionis, cum Loyolitana Societate conflictum* 1.

Commentaria de regno Christi, lib. 1. cap. 5. pag. 143. de Antichristis in genere, ac in specie cap. 10. ibid. pag. 337. Item de regno Christi, lib. 1. cap. 7. pag. 187. De filio perditionis, sive Pontifice Romano, eiusque Notis, regno & occasu, cap. 8. ibidem pag. 238. Item de Bestia filij perditionis septicipite, Papatu Romano per septem Occidentis regna diffusè, eiusque capitibus quinque deficientibus & duobus remanentibus. Francofurti anno 1607. in 8.

Philippus Plessæus Mornæus, aliis Marnixius, Dominus de sancta Aldegunde, Gallus, Calvinista, edidit

*Examen eruditum, ac festiuum rationum, quibus Robertus Bellarminus Pontificatum Romanum adstruere nititur.* Heidelbergæ anno 1614. in 8.

*Mysterium iniquitatis, seu historiam Papatus, quibus gradibus, ad id fastigij enisus sit, quamque acriter omni tempore, ubique à pijs contra intercessum. Asseruntur etiam iura Imperatorum, Regum, & Principum Christianorum, aduersus Bellarminum & Baronium Cardinales.* Salmarij anno 1611. in 8. & in fol. Genevæ 1612. in 8.

## R.

**R**egis & Senatus Anglici sententia, de Concilio, quod Paulus Episcopus Romanus Mantuæ futurum simulauit.

Remundus, Gallus, Calvinista, edidit Gallicè

*Antichristum Romanum Antichristo Iudaico Cardinalis Bellarmini oppositum.* Genevæ anno 1606. in 16.

Robertus Abbas, vel Abbatius, Anglus, Oxoniensis, Calvinista, edidit

*Antichristi demonstrationem contra fabulas pontificias, & ineptam Roberti Bellarmini de Antichristo demonstrationem.*

Robertus Abbot, Anglus, Professor Oxoniensis, Calvinista, edidit

De



*De potestate regia exercitationes aliquot aduersus Cardinalem Bellarminum.* Londini anno 1619. & Francofurti eodem anno in 4.

Robertus Barnes, Anglus, Calvinista, edidit

*De vitis Romanorum Pontificum.* V Vittebergæ anno 1536. in 8. & Amstelodami anno 1615. in 8. vnâ cum Ioanne Bæo, & continuatione Ioannis Martini Lydij.

Robertus Burhillus, Anglus, Calvinista, edidit

*De potestate regia, & usurpatione Papali pro Tortura Torti, &c. Responsonem.* Londini anno 1614. in 8. apud V Vilhelmum Harper.

Rodolphus Gualtherus, vulgò V Valtbern, Germanus, Calvinista, edidit Germanicè

*De Antichristo librum.* Tiguri anno 1584. in 8.

Rogerus V Wildringtonus, Anglus, edidit

*Disputationem theologicam de iuramento fidelitatis sanctissimo Patri Paulo V. Papa dicatam.* Accessit eiusdem *Responso Apologetica.* Basileæ anno 1614. in 8. apud Koning, & Londini eodem anno. Prohibetur in decreto 12. Nouembris 1616.

*Apologiam Cardinalis Bellarmini pro iure Principum aduersus suas ipsius rationes, pro auctoritate Papali Principes seculares in ordine ad bonum spirituale deponendi.* Londini anno 1601.

## S.

S Alomon Gesnerus, Germanus, Lutheranus, edidit

*Aduersus Primatum Romani Pontificis,* lib. 1. cap. 7. & lib. 3. cap. 1. *de Concilijs.*

*De Antichristo,* in Compendio Theologico loc. 40. pag. 297. V Vittebergæ anno 1606. in 8. & in disputatione Biblica in cap. 12. Danielis, membr. 1. *de Notis, &c.*

Serranus, Calvinista, edidisse comperio

*De Ecclesia,* librum in 8.

Sibrandus Lubertus, Calvinista, edidit

*De Papa Romano* libros 10. scholasticè & theologicè collatos cum disputationibus Roberti Bellarmini, ad illustres Frisæ. Frankeræ anno 1593. in 8. apud Radæum.



*De Papa Romano*, replicationem ad defensionem 3. Controuersia Roberti Bellarmini, scriptam à Iacobo Gretsero. Arnhemii anno 1610. in 8.

Simon Hefsus, edidit

*Apologiam aduersus D. Rossensem Episcopum Anglicanum super concertatione eius cum Vlrico Veleno, an Petrus fuerit Roma, & quid de Primatu Romani Pontificis sit censendum.* Prodiit in 4.

*Somnium & Vaticinium Esdræ*, de fati Monarchiæ Romanæ.

*Sorbonica laudes M. Becani Iesuitæ*, hoc est, summa actorum facultatis Theologicæ Parisiensis, contra librum inscriptum: *Controuersia Anglicana de potestate Regis & Pontificis*, &c. Auctore Martino Becano, S. I. ad exemplum Bonhami Norton, Calvinistæ, recusum anno 1614. in 8.

Stephanus Szegedinus, Calvinista, natione Pannonius, edidit

*Speculum Romanorum Pontificum*, in quo decreta cum verbo Dei pugnantia, vitæ cursus, & prodigia horrenda depinguntur. Geneuæ anno 1584. in 8. Item in locis communibus Theologicis pag. 498. Basileæ anno 1599. in fol. & 1602. in 8. apud V Valdkirkium.

*De Antichristo*, in locis commun. Theolog. pag. 388.

*Supplicatio ad Imperatorem, Reges, Principes*, super causis Generalis Concilij conuocandi contra Paulum V. ad exemplum Bonhami Norton Calvinistæ, recusa anno 1604. in 8.

## T.

**T**heodorus Bibliander, Germanus, Lutheranus, edidit

*Vitam S. Petri Apostoli.* Basileæ anno 1550.

*Aduersus Romani Pontificis auctoritatem.*

Theodorus Snepfius, Germanus, Lutheranus, edidit

*Thesin de clauibus ex dicto Christi Matth. 16. Tibi dabo claues regni cælorum.* Tubingæ anno 1586. in 4.

Theophilus Bannosius, edidit

*De Politia ciuitatis Dei, & Hierarchia Romana*, librum 1. Prodiit anno 1592. in 4.

Thomas



- Thomas Brigtmannus*, Calvinista, edidit  
*Antichristum Pontificiorum & Iesuitarum fictitium & ementitum monstrum esse, demonstrationem*, aduersus Robertum Bellarminum. Ambergæ anno 1610. in 8.
- Thomas Draxus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Aduersus Romanum Pontificem*, in præparatione angelica de fuga à Babylone, in qua euincitur, Romam hodiernam esse Babylonem Apocalypticam, &c. Oppenheimij anno 1614. in 8.
- Thomas Mortonus*, Anglus, Calvinista, edidit  
*De Iudice Ecclesie*, librum. Londini anno 1606. in 4. ex Officina Nortoniana.
- Thomas Reuius*, vel *Riuus*, Regis Angliæ Aduocatus, Calvinista, edidit  
*Historiam Romanorum Pontificum*. Amstelodami anno 1632. in 8.

## V.

- V** *Ignierius*, Gallus, Calvinista, edidit Gallicè  
*Theatrum Antichristi*, in fol.
- Vlricus Velenus*, Minhonienfis, edidit  
*Disputationem, Petrum Apostolum nunquam Romæ fuisse*. Prodiit anno 1520.
- Wilelmus Lyserus*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Necessariam depulsionem duarum grauissimarum accusationum, quibus Iesuitæ Ecclesias Augustanæ confessionis calumniosè onerant, ac si Papam dicendo Antichristum 1. Romanum Imperium, Cesaream maiestatem, ceterosque status catholicos, iniuria afficerent. 2. solemnem religionis pacificationem violarent*. Wittebergæ anno 1629. in 12. apud Paulum Helvvigium.
- Wolfgangus Frantzius*, Germanus, Lutheranus, edidit  
*Tractatum Theologicum nouum & perspicuum, de interpretatione sacrarum Scripturarum maximè legitima, duabus constantem regulis essentialibus illis, quæ Luthero ad Papatus destructionem, in versione Bibliorum Germanica, & in Scripturarum, præter morem antea sub Papatu consuetum explicatione, unice*  
 Ooo 3 *usitata*



*usitata & familiares fuere. V Vittembergæ anno 1633. in 4.  
apud hæredes Samuelis Seelfischij & Zachariæ Schureri.  
V Volfangus Martius, Germanus, Lutheranus, edidit  
Quadam contra Papatum, quibus respondet Hanardus Ga-  
merius.*

*Finis Libri secundi, ac totius operis.*

Laus Deo, ac Beatissimæ semperque Virgini Mariæ de  
Monte Carmelo Patronæ meæ carissimæ.

*Hanc Bibliothecam Pontificiam duobus libris distinctam omnino  
subijcio sanctæ & immaculatæ Ecclesiæ Romanæ, D.N.  
Iesu Christi sponsæ, ac Pontifici Maximo.*

APPEN